Tom. 229/230.

Vol. 2

(= tom. 5–8)

für

a Butrio, Anton.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-193531275-11/fragment/page=0002

EXCELLENTISSIMI

ANTONII A BVTRIO

IVRIS VTRIVSQVE

MONARCHAE,

In Librum Quartum Decretalium Commentarij,

SVMMARIIS ET INDICE RERVM

Ac verborum memorabilium locupletissimis, vniuersas Decretalium materias complectentibus, in studiosorum Gratiam exornati,

Hac in editione summo studio, atque diligentia, à multis & varijs erroribus repurgati.

SEXTVS TOMVS.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXVIII.

Rubricæ Libri Quarti Decretalium.

Clandestina desponsatione. fol. 19
Conditionibus appositis. 21
Coniugio leprosorum. 29
Coniugio seruorum. 10
Cognatione spirituali. 31
Cognatione legali. 33
Consanguinitate & affinitate. 34
Desponsatione impuberum 15
Diuortijs. 56
Donationibus inter virum & vxorem. 59
Eo qui duxit in matrimon. quam polluerat per adulterium. 27
Eo qui cognouit consanguineam vxoris suę. 33
Frigidis & maleficiatis. 38
Natis ex libero ventre. 31
Qui clerici vel vouentes. 24
Qui filij sint legitimi. 43
Qui matrimonium accusare possunt. 54
Secundis nuptijs. 26
Sponsalibus & matrimonijs. 3
Sponsa duorum. 20

FINIS.

CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE MONARCHAE.

DOMINI ANTONII DE BVTRIO

Super quarto Decretalium Commentaria.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia quid, & quomodo contrahantur?*
2 *Sponsalia vnde dicantur?*
3 *Sponsi appellatione comprehenduntur mulier, & maritus, antequàm sit matrimonium perfectum.*
4 *Maritus, & vxor dicuntur perfecto matrimonio.*
5 *Sponsalia quomodo contrahantur?*
6 *Arra, seu subarratio, an inducat matrimonium?*
7 *Sponsaliorum effectus, quis, & qualis sit?*
8 *Sponsalia quot modis soluantur, & diffiniantur?*
9 *Matrimonium quid sit?*
10 *Matrimonium vnde dicatur?*
11 *Matrimonium quibus verbis, & quomodo fuit institutum?*
12 *Matrimonium vnde fuit institutum?*
13 *Copula carnalis, an possit esse inter virum, & vxorem, absq; peccato.*
14 *Coitus cum vxore, an sit semper licitus.*
Maritus an possit omni tempore habere rem cum vxore.
15 *Vxori reddere debitum tempore orationis, nunquid sit peccatum.*
16 *Maritus cognoscens vxorem, an possit licitè alia confessione non facta recipere corpus Christi.*
17 *Coitus an polluat ecclesiam inter maritum, & vxorem.*
18 *Matrimonium qua ætate contrahatur.*
19 *Matrimonij impedimenta quot sint? num. seq. & 21.*
20 *Error quid sit, & quotuplex est?*
21 *Cognatio triplex est, & quando matrimonium impediat?*
22 *Matrimonium impedit votum simplex.*
23 *Matrimonium contractum sequuta carnali copula, an dirimatur.*
24 *Ad matrimonium impediendum, qui admittantur.*
25 *Matrimonij bona, quæ sunt.*

PROOEMIVM.



Circa materiam libri, & tituli, prosequitur Gratianus 27. causas vsq; ad finē causarū interposito tractatu de pœnitentijs. Postq; de reb. hucusq; spectātibus ad clericos actū est, nunc agamus de spectantib. ad laicos. Rubrica habet duas partes. In prima dr̄ de sponsalibus. In secunda de matrimonijs. Circa primā partē videndum quid sint spōsalia, & quō ꝺhuntur. Secundo ostendit sponsaliorum effectū. Tertio sponsaliorum finem. ¶†Dic ad primum, ꝙ sponsalia sunt futurarum nuptiarū promissio. 30. q. 5. c. nostrates. ff. de spōsa. l. j. & Spec. ponit eā in Spec. hoc eo. tit. in prin. Hæc diffinitio
2 patet ex nominis ethymologia. † Dicuntur. n. sponsalia à spōdeo, id est, promitto. Inde dr̄ sponsus, quia promissus; sponsa, quia promissa. Quod nota ꝓp statuta, quæ aliqn̄ loquuntur de
3 sponsis. †Nā ꝓpriè sponsi appellatione cōprehēduntur mu-
4 lier, & maritus, anteq̄ sit matrimonium perfectū, † post perfectum matrimoniū, perfecta seu impleta est promissio, & nō appellant sponsi, sed maritus & vxor. Ad hoc ff. de his, qui notā. infam. l. j. in fi. & l. solet. ff. de ritu nup. l. si quis officiū. 2. resp̄ō. & l. vxor, §. diuus. ff. de adul. & de iniur. l. itē apud Labeonem, §. sponsum. Per hoc patet, ꝙ statutū loquens de vxore, non ex-
5 tenditur ad sponsam. quod bene nota. ¶†Ad fm, quō ꝺhātur, quia nō hr̄ ad hoc specificatus tractatus. Tan. dicit hic in Sūmulā, ꝙ quatuor modis. Primo nuda promissione. Secundo p traditionem arrarū. Tertio annuli subarratione. Quarto iura
6 quq; sponsalia ꝺhuntur verè & expressè. Q n̄q; fictè, & tacitè. Vere & expressè dupliciter. Q n̄q; per simplicia verba altero vinculo non ꝓfirmata, vt accipiā te in vxorem. j. eo. c. si inter. de spon. duor. c. j. Q n̄q; per verba iurō firmata, vel fidei præstatione, vt iuro accipere te in vxorē. j. eo. c. ex literis. el 2. & c. de illis. Tacite autem ꝺhuntur sponsalia q̄nq; per actum facti, vt per traditionem arrarū, pecuniæ, vel aliarum rerū. C. de spon. l. arris. Vel per annuli donationē, seu subarrationē. de desp̄o. impu. c. fin. 27. q. 2. si quis desponsauerit, & c. si quis vxorem.
7 ¶†Sentit hic in Sūma Io. An. & Tan. ꝙ subaratio nō inducat matrimoniū, sed sponsalia tantū. Hoc examinaui de præsum. c. illud. Dic vt ibi plenè, de resti. spol. in literis. Et de hoc gl. de
8 iudi. c. lator. Et dicam j. de despon. impub. c. fi. Et hoc tenet Host. in Sūma, de spō. §. quot sunt species. circa prin. & Arch. eo. tit. c. j. lib. 6. vbi ponit pdicta. Q n̄q; tacite per actū verbi ex se plusq̄ sponsalia importantem, sed ob personæ defectū iuris interpretatione ad spōsalia restrictum, vt q̄n inter duos ætate inhabiles verba ad mr̄imoniū apta proferunt̄, tunc hæc interpretantur sponsalia, data persona, & ætate habili ad sponsalia tm̄. de despon. impu. c. vlt. & eo. tit. c. j. li. 6. ¶†Ad fm. s. ad spō saliorū effectum. Dic, quidā est effectus ex sponsalib. surgens insequens finē spōsaliū, id est, vt sequatur finis. s. matrimoniū, in quē ordinantur sponsalia, & hic an præcisè surgat ex spōsalib. Dicendū est, ꝙ nō præcisè necesitet matrimoniū, vbi ambæ partes cōsenserint in dissoluendis sponsalib. vt j. eo. c. ꝓterea. An altero volente finē alterū necesitet. Dic ꝙ sic, si res est integra, maximè si sponsalia iurata sunt, nisi deterius inde cōtingeret. j. eo. c. requisisti. Hoc tenet Io. And. in Sūma, & Tan. Si autē res non integra, ꝙ alter ꝺxit matrimoniū, quia sequēs vinculum, vt maius, tollit minus ꝓcedens, non ꝓpellit ꝺhere. ¶Nunquid autē teneantur inuicē altero ad maiorē ætatē peruenientē, alterū expectare, non insisto hic, quia videbis in prosecutione tit. j. eo. c. de illis. ¶Secundus est effectus sponsaliorū, qui est indirectus, plus tollens obuiantia fini, quā inducēs finē, vt quia surgit ex eo quoddā impedimentū ad ꝓhendū matrimoniū cū consanguineis ꝓiugum, & appellatur impedimētū publicę honestatis iustitia, de quo videbis in prosecutione j. eo. c. j. li. 6. & j. de despō. impub. c. accesit. Et habuit hoc impedimentū originem ēt à iure ciuili, vt sponsalia sola inter attinentes sponsi & sponsę impediant matrimoniū, vt est casus
8 ff. de ritu nup. l. si qua vxor, §. j. Insti. eo. §. sed & si vxor. ¶†Ad vltimū, quot modis finiantur, aut dissoluanē sponsalia. Io. An. ponit in Sum. tredecim modos. Primus, per religionis ingressum alterius ꝺiugum, altero inuito, quod obtinet ēt in spōsalib. de præsenti absq; copula. de ꝙuer. coniu. c. ex publico. An autē ordinis susceptione, posuit gl. de vo. c. j. li. 6. & tenet ꝙ nō, quinimo & si fieret Ep̄s vel Papa, non soluitur, vt dicit Io. An. Itē nec voto castitatis de præsenti soluitur, vt de conuer. cōiu. c. ex parte. Secūdo, per susceptionē sacri ordinis. 27. q. 2. c. desponsata. de conuer. ꝺiu. c. ex parte. No. de vo. c. j. li. 6. Tertio, cū mutuo se absoluūt. j. eo. c. 2. Quarto, cū alter recedit ad lōgā regionē ante carnalē copulā. c. de illis. j. eo. Quinto, cū alter incurrit leprā, vel aliā magnā infirmitatē corporis. de cōiug. leproso. c. fi. de iureiu. c. quemadmodū. Deformitas. n. vel lepra, nō dissoluit matrimoniū, imo sanus tenet̄ reddere infirmo debitū. de ꝺiug. lepro. c j. & 2. Sexto, si superuenit affinitas. de eo, qui cogno. consan. vxo. su. c. discretionē, & c. veniens, & c. ex literis. Septimo, si fama habet impedimentū, vt puta affinitate superueniente. de ꝙsan. & affi. c j. li. 6. Octauo, cū alter fornicatur carnaliter. de iureiur. c. quēadmodū. Non cum fornicatur spiritualiter. 28. q. j. c. non solū, & in c. iam tūc. Decimo, cū ꝺhunt secunda sponsalia de præsenti. j. eo. c. inter. de spon. du. c. j. Per secunda autē sponsalia de futuro, non rūpuntur prima de futuro. j. eo. sicut. Quod intellige, si secundā nō cognouit, quia tunc esset matrimoniū. j. eo. is qui. Vndecimo, cū minor peruenit ad ætatē adultā, & nō vult seruare quod fecit. j. de spon. de illis. Duodecimo, cū promisit ꝺhere intra tp̄s certū, nec stetit per cū, quo minus j. tp̄s ꝺxit. j. eo. c. sicut. Tertiodecimo, cū superuenerit cognatio legalis, vel spiritualis, puta adoptatio, fm Host. qui hoc no. de cogna. spirit. c. veniēs, & de eo, qui cogno. ꝙsang. vxo. su. c. veniēs. j. eo. ex literis. Hæc oīa intelligit Io. An. in spōsalibus, q̄ tenent de iure. Sunt tn̄ casus, in quibus sponsalia ipso iure non tenent, de quibus patebit in prosecutione tituli horū casuū. Aliquos ponit Io. An. & Tan. in Sūma huius libri. ¶Nūc venio ad secundā partē rubricę. s. de matrimonijs. & hic quæro de aliquibus, q̄ tangit Io. 27. q. j. in summa. Primo est videndū, quid sit matrimoniū. Secundo, vnde dicatur. Tertio, quō, qn̄, & quibus verbis fuit à Deo ordinatum, & vbi. Quarto, q̄ fuit causa institutionis matrimonij. Quinto, qua ætate, quō, & qn̄ ꝺhitur. Sexto, quot, & quæ sunt impedimenta matrimonij. Septimo, qui admittātur ad matrimonium impediendū. Octauo, q̄ & quot sunt eius bona. Aliqua expediam, & de aliquibus remittā. Hæc oīa tangit hic Io. An. in Sūma. & in his ac in pluribus sequitur Io. And. Tan. in Sūma sua, licèt Tan. ponat rubricas speciales magis prolixè.
9 ¶†Ad primū, q̄d est matrimoniū? Dic, ꝙ matrimoniū est viri, & mulieris

& mulieris ꝯiunctio, indiuiduã vitæ cõsuetudinẽ retinens. 27. q. 2. in prin. j. eo. c. illud. Insti. de nup. §. 2. Hanc diffinitionẽ ꝓsequit, Io. ī Sūmula. 27. q. 2. & eius expositionẽ ponit 27. q. 2. in prin. vbi Gratianus ponit illam diffinitionẽ. Io. An. ad diffinitionẽ addidit, diuini atq; humani iuris cõicatio. Allegat ff. de ritu nup. l. j. & 2. Hanc additionẽ habuit à Io. in ꝓallegato loco in versi. retinẽs, & à Tan. in Summa, in diffinitione. Ego addo post verbum, coniunctio, legitima: & quare, dicã j. Hanc diffinitionẽ non exponunt Summistæ, sed sequendo Io. An. dr̃. Primo viri & vxoris, pro tanto, quia in pari sexu non cadit mr̃imoniũ. Et dicit Io. ibi, q mr̃imoniũ est vnũ quoddã habens suum modũ subsistendi per se, & sunt duæ correlationes. Nã mr̃imoniũ indicat has correlationes, vir & vxor. Dicit sc̃do, est cõiunctio. s. animorũ, 27. q. 2. c. cũ initiat. vbi dicit Arch. q est ꝯiunctio legitima s̃m leges, & canones ꝯdta. Et per hoc cessant oĩa obiecta, cũ det ꝯiunctio inter inhabiles ad ꝯhendũ. Itẽ, qa posset esse ꝯiunctio animorũ ad aliud, & tñ nõ esset matrimoniũ. Dr̃, indiuiduã, quia quo ad propositum debet sic ꝯhere aĩo, ne diuidant. 32. q. 2. solet. Sic dr̃, dotis causa ꝓpetua. ff. de iure do. l. j. Itẽ sufficit q propositũ, ꝓpositi nõ deducat in pactũ, vt videbitis j. eo. c. ꝓmissum. Sic dicimus Imperatorẽ Augustũ, qa debet esse hmõi propositi vt augeat, licet nõ sẽper hoc faciat, vt in prima ꝯstitutione Digestorũ. Insti. in ꝓmio, in gl. sup verbo, semper Augustus, & de nup. in prin. sup ver. Indiuiduã. Dr̃ vitę ꝓsuetudinẽ retinẽs. s. prima rõne eiusdẽ ꝯiunctionis iuris diuini & humani. ff. de ritu nup. l. 2. Itẽ rõne idẽtitatis religionis. C. de Iude. l. ne qs. 28. q. j. c. caue. ¶†Ad s̃m, vnde dicaĩ matrimoniũ. Dr̃. n. quasi matris muniũ, id est officiũ. Idẽ hic Tã. Hug. & Arch. Q d̃ dr̃ mr̃imoniũ à matre, id est à matrona, & ꝓ prię dr̃ matrona nupta, qua si mr̃ nati, vel qa iã mr̃ ficri põt. Matronæ dicunt, qa iã mr̃imonio ꝙnerũt: matres, qa filios habẽt: matres familias, qa ꝓ quãdã iuris solẽnitatẽ in familiã mariti trãsiuerũt, s̃m Isidorũ in lib. etymolog. c. 9. s̃m Arc. Quare aũt plus à matre, q̃ à pr̃e nominat, cum pr̃ sit auctor gnationis, & sic plus à pr̃e dici debet. Io. vbi s̃. 27. q. j. in sũma dicit, q plura onera subit, & tolerat mulier in mr̃imonio, q̃ maritus. Est. n. grauida in ꝯceptu onerosa, in partu dolorosa, in lactãdo laboriosa. de ꝙer. insti. c. fi. Vbi habes gl. & tex. clarũ. & Io. An. hic in sũma. ¶†Ad tertiũ, quib. verbis, & qũo, vbi, & qñ fuit ī stitutũ. Quidã q ex illis verbis, Nũc os ex ossib. meis, & caro ex carne mea. d̃ biga. debitũ. Alij q ex illis verbis, Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Gen. j. Vbi dicit Io. vbi s̃. 27. q. j. in sũma, q credit primũ. dicit q illa verba, Crescite & multiplicamini, & replete terrã, fuerũt dicta, vt ostẽderet & p̃ciperet carnalẽ copulã, vt patet, qa ẽt post diluuiũ vsus est eisdẽ verbis ad Noe & filios. Ad primã ẽt tenet Tan. in Sũma, & Io. An. Et ex his patet, vbi institutũ fuerit, qa in paradiso. ¶†Ad quartũ de causis instõnis. Dic q q̃dã sunt causæ, ꝑ quas. s. efficientes, & hæc sunt spõsalia, & ꝙsensus, non tñ de substantia sunt spõsalia, sed accidentaliter sunt ꝓambula q̃dã. Et q̃dã sunt causę pp quas. s. finales, & q̃dã sũt principales, id est, ꝓprię finales, vt vitatio fornicationis, & cã sobolis ꝓcreãdæ. Alię secundarię seu impulsiuę mulierũ pulchritudo, magna dos parẽtelæ, & similia, & pacis reformatio. 32. q. 2. c. sicut, §. his ita. Idẽ Tan. & Io. An. in sũma. ¶†Per p̃dicta vr̃ decidi qõ, an possit esse carnalis copula inter virũ & vxorẽ, absq; mortali peccato. Et q nõ, patet, aliàs Deus p̃cepisset peccatũ, dũ dixit, Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Et qa hic finis est mr̃imoniũ, qd̃ est sacr̃m, nõ ẽ dicẽdũ, q eius finis sit malus. Tãgit hic Hug. & Lau. & sunt opi. ibi, 13. di. nerui. Tex. 13. di. nerui. dicit q si facit ad vitandã fornicationẽ, ibi est veniale. tex. est 25. di. §. criminis. Tex. dicit ibi, q peccat venialiter oĩs cõmiscẽs se vxori, excepto desiderio liberorũ. ¶†Sup illo pũcto, an coitus cũ vxore sit sẽper licitus, duo tex. dicũt q difficile est, vel de difficili est, sine peccato, ꝑp carnis ꝯcupiscentiã. 13. di. nerui. & 23. q. 2. vir cũ ꝓpria. Propter quæ Hugol. fuit in opinione, impoſe esse copulã cũ ꝯiuge sine peccato saltẽ veniali, qa semp in actu ibi est carnis voluptas, ideo ex copula Christus nasci nõ voluit. Ad hoc illud, Ecce. n. in iniquitatib. ꝯceptus sum. Et hoc dicit in illo c. vir cũ ꝓpria. & tangit 13. di. nerui. vbi dicit, q est dare ꝓplexitatẽ iter veniale, & mortale: qa si vxor petit debitũ, & nõ reddit, peccat mortaliter: si reddit, venialiter. Sed hæc opinio nõ tenẽt, nec obst. q in actu sit ibi q̃dã voluptas, qa illã cõfundit animus liberorũ habendorũ. Et dato q sit impoſe ibi nõ esse delectationẽ, si ex aĩo nõ inclinat, ille primus motus carnis est sine peccato, & in illo potius patit q̃ agat. 6. dist. §. sed pensandũ. Et iste est stimulus, de quo Pau. Video legẽ repugnantẽ legi, & c. ¶ Vnde tñ ascribit ad peccatũ, sicut si scabiẽ scalperes apud ignẽ, ibi. n. esset delectatio carnis sine peccato. Dic, qñq; mulier patit mẽstruũ, & cũ ea actus copulæ inducit mortale volũtariè reddenti, q̃cunq; sit intẽtio. 5. dist. ad eius verò. Si tñ mulier petat, nõ debet ei reddere debitũ, neq; vxor viro petenti tali tpe, nisi timeaĩ prõpta fornicatio, qa reddẽdo, saltẽ mortaliter non peccaret, & cã ꝓhibitionis huius tpis, qa ex coitu mẽstrui tpis filij nascunt leprosi, & mẽbris suis debilitati. 5. di. ad eius. Idẽ p oĩa, si ante purificationẽ ipsã cognoscat, vt ibi. Q ñq; petit debitũ tpe lactationis, id est tpe, quo mr̃ lactat filiũ, & hoc nõ ẽ licitũ, & petẽs peccat mortaliter, vt patet ī d. c. ad eius. Licet gl. aſr ītelligat, & hoc ne ex tali copula mulieris lac corrũpaĩ, & periculũ est in filio q lactaĩ. Q ñq; exigit debitũ tpe, quo iã ꝯcepit. Io. 33. q. 3. c. fratres, sentit q si partus iã incipit moueri, nõ sit peccatũ. Et idẽ sentit ibi Arch. 32. q. 4. origo. Tex. tñ facit ibi ꝙ, quia innuit pecudes esse sapientiores hoĩbus, quia illo tpe abstinent, & qa in tali coitu est periculi filiorũ, vt ibi, & eadẽ cã. q. 7. c. nõ solũ. Dic, aut ꝓmistio fit ad finẽ sobolis, & hoc nõ est peccatũ, imo est meritũ, vt 3. di. §. criminis. Aut ad finẽ vitãdæ fornicationis, & nõ est peccatũ mortale, sed veniale, & de hoc 33. q. 2. vir cũ propria. Vnde dicit Apostolus, Vnusquisq; habeat suã causa vitãde fornicatiõis. Q uia si mulier ẽt esset antiqua, q amplius nõ esset spes ꝓdæ prolis, vel sobolis, vir nõ peccat mortaliter, si ei reddat debitũ cã vitãde fornicationis. Idẽ dicit, si fiat cã explendę libidinis. 34. q. 4. visum. Q ñq; hoc facit ad finẽ soluendi debitũ vxori petenti, & nõ est peccatũ, imo est meritoriũ. 33. q. 3. c. dicit. & no. in sũma 43. q. 4. Et vide Io. 32. q. 4. origo, & c. liberorum. ¶†Nũqd est peccatũ reddere vxori debitũ tpe oĩonis petẽti? Dic q nõ, 33. q 4. in sũma. vbi dicit Io. nunqd sit licitũ tpe oĩonis habere coitũ causa filios procreandi. Dicit q sic, de cõsilio tñ est abstinendũ, vt ibi dicit Io. 33. q. 4. in sũma. Idẽ ibi dicit in c. j. si hoc fiat causa vitandæ fornicationis. Secus si causa libidinis explendæ, quia tũc peccat mortaliter ¶†An maritus cognoscens vxorẽ posset licitè alia ꝙfessione nõ facta recipere corpus Chr̃i? Tene q sic. Si fuit exactus, põt: aliàs si exegit rsa curãdæ libidinis, abstinere debet, vel ꝙfiteri, & hoc ẽ tuti. Vide de hoc plenè Host. in sũma de matri. §. quis sit effectus. versi. sed nũqd peccãt ꝯiuges. Q ui aũt recipit corpus Chr̃i citè reddit, sed nõ licitè exigit. Vide 82. di. proposuisti. 33. q. 4. Chr̃isti. de ꝙse. di. 2. oĩs homo. Et vide Io. de ꝙse. eccl. vel alta. c. j. li. 6. ¶†An sit licitũ debitũ in ecclia exigere, vel si exigat, vel p̃tetur, an ꝑ hoc polluaĩ ecclesia? Vide gl. & Arch. de ꝙse. eccle. vel alta. c. j. li. 6. ¶†Ad quintũ, qua ętate, & qũo ꝙhibuit? hoc videbit in ꝓsecutione tituli, & in ti. de desp̃o. impub. primo. de sc̃do innotuit, & c. ex literis. j. eo. ¶†Ad sextũ, quæ sunt impedimẽta mr̃imonii? Dic, q septẽdecim, q̃ patẽt in his versibus. *Error, cõditio, votũ, cognatio, crimen. Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, vel si coire nequibis: Hæc socialia vetant connubia, quæq; retractant.* Hos versus ponit Io. An. in sũma, & Io. vbi s̃. ¶†Error est aliũ ꝑ alio putare, & hic impedit, qa tollit ꝙsensum, si ꝙ cũ vno alio viro, & ero in substãtia. ff. de iur. om. iu. l. si per errorẽ. ¶ Est ergo error multiplex, plonæ, cõditionis, fortunæ, & qualitatis. ¶ Error plonæ impedit, vt si credo ꝙhere cũ Berta & ꝙho cũ Margarita. ¶ Error conditionis hic dirimit, si sit deterioris ꝙditionis, vt si credo ꝙhere cũ libera, & ꝙho cũ serua. de ꝙiu. seruo. c. 2. & fi. ¶ Fortunæ, & qualitatis, nõ dirimunt, vt si credo ꝙhere cũ virgine, vel cũ diuite, & ẽ cognita, vel pauper. 29. q. j. c. j. Et dic vt ibi, si licita fuit ꝙditio apposita, de quo j. de cod. appo. per totũ. Votũ, de quo videbis j. g cle. vel vo. ¶†Cognatio dr̃ triplex. s. spiritualis, carnalis, & legalis. De his aũt, an & qñ impediãt, dicã in suis tit. in tit. de cogna. lega. & de eo, q dux. consang. vxo. suæ. & de ꝙsang. & affi. Vbi prosequar q̃ tangit hic Io. An. in prin. Crimẽ. Quædã sunt delicta, q̃ inhabilitant quẽ ad matrimoniũ, de quibus dicã j. de eo, qui cogno. ꝙsang. vxo. suæ. c. transmissæ. Cultus disparitas. De hoc 28. q. j. caue. & c. seq. dicã. j. d diuor. gaudemus. & c. qñ. Vis, vt qñ quis metu ꝙpellitur, hoc declarabo j. de spon. c. cũ locũ. j. eo. consultationi. Ordo sacer. de hoc in ti. qui cle. vel vo. Ligamen. si alligatus est alteri vxori, nõ valet cũ sc̃da. de quo j. eo. c. fi. de consang. & affini. c. non debet. de spon. duor. c. 2. Honestas publica. c. referente. ibi in glo. 2. qui filij sint legi. De hoc dicam j. eo. ad audientiã, & de cõsang. & affi. c. non debet. Si coire nequibis. De hoc dicã de frigid. per totũ. Hæc oĩa impediũt & dirimunt. Q ędã sunt, q̃ impediũt, sed non dirimunt, vt tps feriatũ. de quo 33. q. 4. c. nõ debet. de feriis. c. capellanus. de ma. ꝙc. ꝙ interdic. ecc. per totũ. ¶†Votũ simplex, de quo dicã in tit. qui cle. vel vo. † Matrimoniũ aũt postq̃ ꝯctum est, nunq̃ dirimitur postq̃ copula est subsecuta. poterit tñ eius effectus separari, vt thori vel mutuæ seruitutis ꝑp adulteriũ. de quo de adul. & de diuor. per totum. Et hoc procedit tam in spirituali, q̃ carnali. Copula vero nõ subsecuta poterit dirimi ingressu religionis. de ꝙer. cõiu. c. ex publica. co. j. eo. c. cõmissum. ¶†Ad septimũ, qui admittuntur ad mr̃imoniũ impediendũ, dicã j. qui ma. accu. poss. vbi cadit materia. ¶†Vltimo, q̃ sunt bona matrimonij, dicã de ꝙdi. appo. c. fi. vbi cadit hoc. ¶ Sub generali diuisione liber iste primo ponit generalem

generalem rubricam materiæ tractandæ. Secundo agit de habilitate & inhabilitate perſonarum pp æratē ad actum matrimonij, in tit. de deſpon. impub. Tertio agit de quodā vitio impēdendo matrimonio ab eccleſia damnato, in tit. de clan. deſpon. Quarto, de quodam ꝓhendi modo ab eccleſia non improbato, in tit. de condi. appo. Quinto, incipit tractare de impedimento matrimonij. Et primo de impedimento voti, in ti. qui de. vel vo. Secundo de impedimēto criminis, in tit. de eo, qui du. in ma. Tertio, de quodā dubitabili, an ſit impedimētū, in tit. de coniug. leproſorum. Quarto, de impedimēto ꝓdōnis in tit. de coniu. ſeruo. cui annectit rubricā ſequentem. Quinto, de impedimento cognationis ſpiritualis, in titu. de cogna. ſpiri. Sexto, de impedimēto cognationis legalis, in tit. de cog. lega. Septimo, de impedimento affinitatis, in rit. de eo, qui cognō. conſang. vxo. ſuæ. Octauo, de impedimēto cōſanguinitatis & affinitatis ſimul, in tit. de ꝓſang. & affi. Nono, de impedimento coitus, in tit. de frigid. & male. Vltimo, de quodam impedimento temporali, in tit. de matrimo. contrac. ꝓ interdict. eccl. ¶ Sexto, principaliter tractat de effectu matrimonij, in tit. fil. ſint legi. ¶ Septimo, de matrimonij accuſatione, in ti. qui ma. accu. poſſ. ¶ Octauo, de cauſis matrimonium ſeparantibus, vt in tit. de diuor. ¶ Nono, de quibuſdam accidentib. ad matrimonium, in ti. de dona. inter vir. & vxo. ¶ Vltimo tractat de quibuſdam pēnis per ius ciuile impoſitis circa contractum ſecundarum nuptiarum, in tit. de ſecun. nup.

De ſponſalibus & matrimonijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, & valet.*
2 *Matrimonium non inficit diuerſitas patriæ & originis.*
3 *In contractu matrimonij attenditur locus viri.*
4 *Contrahētes vbi ſunt diuerſi fori, attendit locus finis deſtinati cōtractus.*
5 *Ius commune diuerſum non datur ad diuerſitatem locorum.*
6 *Nomina quando ſunt appellatiua, idem eſt dicere Saxo, quod de Saxonia.*
7 *Suus, ſua, ſuum, pronomen non ſemper denotat dominium.*
8 *Matrimonium contractum non annullat defectus conſuetudinis ſæcularis, datis alijs ſubſtantialibus requiſitis.*
9 *Matrimonij cauſa olim tractari ſolebat in ſynodo.*
10 *Peccator notorius compelli poteſt ad pœnitentiam.*
11 *Contractus matrimonij cum alienigena fidei, non valet.*
12 *Statuta laicorum diſponentia circa contractum matrimonij, an valeant.*
In dote exigenda vel recuperanda, an attendatur conſuetudo patriæ contrahentis, vel loci contractus.

CAP. I.

1 DE Francia. ¶† Matrimonium conſenſu cōtrahitur, & valet, licet ſolēnitas, & conſuetudines patriæ non ſeruentur. hoc dicit. Primo ponit caſum. Secundo diffinit. Secunda ibi, diffinitur. ¶† No. primo, q diuerſitas patriæ & originis inter ꝓhentes non inficit matrimonium, dummodo adſint alia ſubſtantialia ad matrimonium. ¶† No. ſecundo, q vbi inter ꝓhētes non diſponitur aliquid de cōſuetudine in cauſa matrimonij & ꝗctus, quo ad ſolennitates ꝗctus attenditur locus viri, & ſic locus finis deſtinati ꝗctus. Et eſt ſpeciale in dote, & matrimonio, vt quo ad conſuetudines, & ad ſtatuta attendatur locus non rudis materiæ ꝗctus, ſed locus deſtinatæ executionis ꝗctus. Ad hoc, l. exigere, ff. de iudi. & quod ſcribit Bar. in l. j. C. de ſum. Trini. & fide catho. c. licet. Secus in alijs ꝗctibus, vt l. ſi fundum, ff. de euic. Nam dato q quo ad forum ſortiri attenda tur locus deſtinati ꝗctus, de fo. compe. dilecti, non quo ad materiam ꝗctus ſubijciendam diſpoſitioni ſtatuti. in d. l. ſi fundū. de quo in quæſtione diſputata per Cal. q̄ incipit, ſtatuto. Et ſic non ſemper materia ſubiecta diſpoſitioni ſtatuti ſequitur regulā fori ſortiendi, vel aliter. ¶† No. tertio, q vbi ꝓhentes ſunt diuerſi fori, & ꝗctus inſunt in diuerſis locis, quo ad materiam ꝗctus ſubijciendam diſpoſitioni legis attēditur locus finis deſtinati ꝗctus. Aut ergo ambo ꝓhunt in eodem loco, & locus materiæ ꝗctus attenditur. Aut in diuerſis locis, & locus finis ꝗctus attenditur. Et nota hoc procedere, niſi partes de conſuetudine alterius loci conueniant, quia tūc nec locus ꝗctus, nec deſtinationis attenditur. Et dato q de iure, vbi ꝓhentes ſunt eiuſdem loci, debeat attendi locus vbi rudis materia ꝗctus agitatur, vt eſt caſus in d. l. ſi fundū, ff. de euic. & de reg. iu. ſemper in ſtipulationibus. tamen vbi ſunt diuerſorum, attenditur locus, in quo executio, & finis ꝗctus deſtinatur. Vel eſt ſpecialē in matrimonio, ſicut in dote, vt in d. l. exigere, de iud. & no.
5 Bar. in l. j. C. de ſum. Trini. ¶† No. quarto, q ad diuerſitatem locorum datur aliquando diuerſum ius municipale, licet non debeat dari diuerſum ius cōe. l. ſi. C. de temp. appella. de conſt.
6 c. j. li. 6. ¶† No. quinto, q idem eſt dicere Saxo, quod de Saxonia. Idem Peruſinus, quod de Peruſio. Et hoc eſt verum, qñ nomina ſunt appellatiua. Ad hoc allegat Bar. in rubri. ff. ſo. mat. Dixi in ſalutatione Decretalium, & an à nominis interpretatione valeat argūm. de præben. cum ſm. ¶† No. ſexto, q prono
7 men, Suum, non ſemper denotat dominiū. Vide gl. de poſtu.
8 c. j. & de præben. pro illorum. & de dictione, Idem. ¶† No. ſeptimo, q defectus conſuetudinis ſecularis non annullat matrimonium, datis alijs ſubſtantialibus requiſitis. Et per hoc patet erga vinculi matrimonialis ſubſtantiam, laicorū conſuetudinem nihil poſſe. De quo per Io. And. de hæreti. c. j. lib. 6. Idē Iac. Bu. in l. j. ff. de conſti. princ. & hoc tene. Non ob. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. & l. ſi tutor. C. de ma. ꝛc. Quia vel illæ leges non tenent, vel ideo tenent, quia à canonibus ſunt approbatæ. 10. diſt. ſi in adiutorium. Et idem credo de illis legibus, in l. j. C. ſi rec. prouin. & c. Secus autem in ſtatutis, quæ in materia quo ad canones ſunt reprobata, co q approbata non apparent, vt no. de ſolu. c. fi. & de conſti. c. eccleſia, & de iud. nouit. Tene, q illæ leges non tenent, vt no. de ſecun. nup. c. fi. Quicquid dicat Cy. in l. ſi tutor. C. de matri. ꝛc. inter pupil. credo q hoc ſit etiam quo ad hæreditates, vt tale cenſeatur matrimonium, quia hæc eſt materia eccleſiæ, vt no. in d. c. fi. & qui filij
9 ſint legi. per venerabilē. ¶† No. octauo, q ſynodus olim de cauſis matrimonialibus cognoſcebat, quod hodie dicam de conſang. & affi. c. j. ¶† No. nono, q tranſgreſſor Euangelicæ legis, & præcepti Apoſtolici, incurrit peccatum mortale, & ſubijciendus eſt pœnitentiæ. Et ſic nota, q vbi peccatū eſt manifeſtum, quis cōpellitur ad penitētiam. ¶ Vltimo ex fine collige practicā ſententiandi, qñ vna eſt dimiſſa, & alia ſuperinducta. Et ex hoc nota practicā libelli, gd petere habeat. ¶ In hac determinatione colliguntur duo, prima facie obuiantia validitati matrimonij, diuerſitas originis perſonarum, & diuerſitas legis. Ante oīa declaremus, in quo eſt diuerſa conſuetudo legis mariti, & coniugis. Dic, fortè dictabat cōſuetudo Francorū, q pallium ſupponeretur tpe ꝗctus, vel q pileum poneretur in capite alterius coniugum, vel q parentes ſponte aliquid donent ſponſo, vel erat conſuetudo in Francia, q ſi mulier diſpliceret prima nocte, poſſet eam maritus relinquere. Et hanc legem docebant à Carolo datam. tex. in c. canonum, dicit quod erat cōſuetudo de dotando vxorem. Vnde dicit ibi, deſponſauerat, &
11 dotauerat. ¶† Vnde venio ad primum, & vī q ꝗctus cum alienigena non valet 28. q. j. caue. Sol. Contrariū loquitur de alie-
12 nigena fidei, hic patriæ. ¶† Secundo oppo. q ſtatuta valeant circa ꝗctum matrimonij, vt videmus in ſtatutis de lucrāda dote obſeruari, de teſta. Raynutius. ſ. de ſo. compe. ex parte B. Itē vī, q tales ſolennitates erga matrimonium per conſuetudinē, & ſtatuta introductæ ſeruandæ ſint. 30. q. 5. aliter. Primum ſignant Doc. fm Gl. ¶ Ad fm die, q quandoq; ſtatuta diſponūt, vel conſuetudines laicorum circa ſubſtantiam, & vinculum matrimonij. Quandoq; diſponunt de perſonis erga ſubſtantiam matrimonij. quandoq; diſponunt circa accidētia ad matrimoniū. Quandoq; diſponunt aliquid erga ſolennitates matrimonij. Quandoq; diſponunt erga perſonas ꝓhentium, habilitando, vel inhabilitando. Si ſtatuta diſponunt circa ſubſtātiam matrimonij, vel impediendo, vel inhibēdo matrimoniū, vbi eccleſia approbat, & non valet ſtatutum, vt hic, quia diſponit in materiam ad eccleſiam ſpectantē. Et hoc credo ēt quo ad hæreditates temporales, quia materia eſt eccleſiæ, vt patet j. qui fil. ſint legi. c. tuam. & ſ. de ord. cog. tuam. & in c. per venerabilē, qui fil. ſint legi. quicquid dicat Cyn. in l. tutor. C. de matrimo. ꝛc. inter pupil. Ideo leges, quæ exigunt in matrimonijs ad legitimationē prolis in ꝗctu nuptiarum dotalia inſtrā, non ſunt ſeruandæ, vt dicam j. qui fil. ſint legi. c. tanta. ¶ Quandoq; vero diſponunt circa matrimoniū, aliquam pēnā apponendo, per quam intimidatur ꝗctus matrimonij, vt quia apponant pēnam filijs ꝓhentibus matrimonium ſine conſenſu patris. Et aduerte, quia aut illæ pēnæ imponuntur, damnum infligendo, & non valet. hoc latè diſputat Io. And. de hæreti. c. ſtatutum. lib. 6. & de ſecun. nup. c. 2. Et hoc verū, quatenus ad leges, vel ſtatuta, quæ imponūt pēnam ſolo o lio ꝗctus. ¶ Quādoq; n. leges, vel ſtatuta imponūt pēnam in fauorem filiorū, vt quia pēna cauſatur ſuper aliquo fauore, & tunc valet ſtatutū, & lex, vt l. hac edictali, C. de ſecun. nup. Et no. Inn. & Doct. j. de ſecun. nup. c. fi. Bar. idem, ff. de conſti. prin. l. j. ff. de ſta. ho. l. Paulus. ¶ Quādoq; ſtatutum apponit pēnam, lucrum legis, vel à lege datum tollendo, & valet ſtatutum, vt no. gl. de hæreti. c. cū ſecundū, lib. 6. in gl. in ver. cæteroq; caſu. ¶ Quandoq; & tertio, principaliter diſponit circa accidentia matrimonij, & de dote lucranda, vel non, & bene valet ſtatutum, de teſta. c. Raynu. & quod ibi no. & hoc ſeruatur. ¶ Quandoq; ſtatutū diſponit circa ſolēnitates, & tunc licet talia ſtatuta, ex quo nō repugnant eccleſiæ, debeant ſeruari, adeo q non ſeruantes incurrant peccatum, tamen eorū omiſsio nō vitiat ꝗctum, quia per hoc non detrahitur ſubſtantiæ matrimonij. l. cōſensuū. ad hoc 27. q. 2. ſufficiat. 30. q. 5. aliter. Fatendum tamen q vbi cō-

suetudines tales omittũtur, si iuste sunt, quis peccatum incurrit, vt per hoc nuptiæ legitimæ non dicantur, & maximè induceit peccatum, quando omittuntur solennitates, quorũ omissione redditur matrimonium incertum, ſm aliquos. Gof. & Vin. ¶ Quandoq; disponũt de habilitate, vel inhabilitate personarum, & quid iuris, dicam j. de consang. & affi. quod dilecto. ¶ Sed in casibus, in quibus statutum valet loco, & potiſsimè quando disponit circa lucra dotis, est dubium quid si statutum loci viri aliter disponit, & aliter statutũ loci vxoris, quia fortè vnum de lucranda dote, aliud de non lucranda, quis locus debeat attendi. Abb. dicit, ꝙ seruabitur consuetudo loci contractus. 12. dist. illa. 8. dist. quæ contra mores. 12. dist. consuetudo. Si in loco contractus nulla est consuetudo, attenditur consuetudo loci viri, quia caput est mulieris, de frigi. c. j. & est tex. & Doc. ff. de iudi. l. exigere. Videntur velle, ꝙ debeat attendi locus viri, etiam si alibi contractus est gestus, quia executio contractus confertur in locum viri. Et ad hoc, l. contraxisse. ff. de act. & obl. Attenditur ergo locus contractus viri, & hoc sit speciale in matrimonio, licèt secus sit in alijs contractibus, quia attendimus locum contractus, vbi exercitus est. ff. de cuicti. l. si fundum. & l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & no. in l. j. C. de sum. Trini. & de consuet. super rubrica, & ibi dixi. Dico sic. ¶ Quandoq; consuetudines diuersimodè disponunt super forma contrahendi, & si ambo contrahunt in vno loco, & attendi debet locus contractus, & si nulla esset cõsuetudo, seruandum esset ius commune. Si vero contrahentes cõtrahunt in diuersis locis, vt quia contrahunt per nuncium, vel epistolam, attendi debet locus viri, per supradicta, nisi de alio loco conueniatur, vt hic. ¶ Quandoq; statuta, vel consuetudines disponunt super modo exigendi dotem à muliere, vt si cõtractus est mitus in loco viri, attenditur locus viri, vt hic, & ff. de cuic. l. si fundum. Si contractus est initus secundum locum mulieris, si promissio est facta ab alio, quàm à muliere, vel à muliere, non est vis, quia destinata est solutio in locum viri, in dote est speciale, vt hic factus contractus ex destinatione attenda tur, & sic locus viri attenditur, argu. l. exigere. ff. de iudi. & no. Dy. ff. de act. & obl. l. contraxisse. Et sic intellige Bar. in l. j. C. de sum. Trini. & fide catho. Certe videtur idem in quocunq; cõtractu, per l. j. ff. de verb. sign. cum gl. Secundo, si contractus est initus in diuerso loco, quia vir contraxit per epistolam, mulier existente in vno, & viro in alio, attendit locus viri, nisi aliud conueniatur, vt hic. ¶ Quandoq; statuta disponunt super modo exigendi dotem à marito, & tunc aut ius agendi committitur ex obliquo accidenti facto, vel culpa, & attenditur locus culpæ, vbi est vir tempore culpæ commissæ. Ideo si reperatur dos ex adulterio, vel quia vergit vir ex tempore cõmissi adulterij, vel quo vergit ad inopiam. Facit quod scribit Bart. in d. l. j. vers. sed nunc videamus. Ad hoc, l. si vxor. ff. de iudi. Aut ius agendi committitur non propter aliquod factum partiũ, vel culpam, sed natura sui, vt ex morte, quæ soluit matrimonium, & aut ius exigendi dotem: & tũc aut vir est in loco, in quo erat ſm tempus contractus, & attẽditur domicilium viri, quia ibi est destinatus finis contractus, vt dicta l. exigere, & tenet Bar. in d. l. j. C. de sum. Trini. Aut alibi trãstulit domicilium, & ibi alia consuetudo seruatur, quàm in loco domicilij viri tempore contractus, & hic est casus dubius, ꝙ attendatur locus mortis. Facit, quia mors dat ius exigendi, & resoluit contractum. Igitur locus ille debet attendi, licut dictum in resolutione cõtractus, vt no. Guil. in l. qui certo loco. ff. de condi. indeb. & in l. j. C. vbi, & apud quẽ. per Cy. ad hoc, l. si vxor. ff. de iudi. ¶ Hæc quæstio decidit̃ per gl. j. quia scilicet attenditur locus obligationis ex contractu destinatæ, non locus obligationis purificatæ, & sic attenditur primum domicilium viri. Obligatio enim ad dotem, & dotis retentionem oritur tempore contractus conditionaliter purificanda per actum mortis. attẽditur ergo locus destinati ꝓctus, & obligationis tempore cõtractus, non locus purificatæ obligationis. Et hoc placet. Nam dato ꝙ tempore existentis conditionis oriatur obligatio, trahitur vinculum ad locum contractus, & finis contractus.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro soluuntur, si sponsi inuicem se absoluunt.*
2 *Verba, Moneas, & cibus modis inducas, non inducũt præcisam coercionẽ.*
3 *Condit o tacita non facit actum conditionalem.*
4 *Fidei præstatio succedit loco iuramenti, & perficit contractum.*
5 *A matrimonij contractu per verba de futuro, possunt sponsi mutuo consensu se absoluere, & nu. 9.*
6 *Sententia quandoque operatur, vt matrimonium contractum per verba de futuro adimpleatur.*
7 *Iuramẽtum ordinatũ ad comodũ certæ personæ potest remitti per partẽ.*
8 *Contractus matrimonij habet se ad instar societatis.*
10 *An soluere à vinculo iuramenti an possit Papa.*
13 *A iuramento per vim, & dolum extorto absoluit Episcopus.*
14 *Canonici iurantes obseruare statuta ecclesiæ, si voluntate communi veniãt contra, an dicantur periuri.*

CAP. II.

1 PRæterea. ¶† Soluuntur sponsalia de futuro, si sponsi inuicem se absoluũt. h. d. Primo iubet moneri. Secunda ibi, si autem. diffinit quid iuris cum monitioni non parent, rationem & 2 similitudinem vnã inducens. ¶† No. primo, ꝙ hæc verba, Moneas, & omnibus modis inducas, nõ inducunt præcisam coer- 3 cionem. ¶† Secundo no. ꝙ actus dicitur purus, cui non inest expressa, sed tacita conditio, de hoc. ff. de cond. & demon. l. cõ- 4 ditionis, quæ extrinsecus. ¶† No. tertio, ꝙ fidei præstatio loco iuramenti, perficit ꝯctum, qui solo nutitur consensu. ¶ Quan- 5 doq; surrogatur loco iuramẽti. ſ. qđ me. cau. ad aures. ¶† No. quarto, ꝙ etiam à sponsalibus de futuro fidei præstatione finmatis mutuo consensu possunt sponsi inuicem se absoluere; secus est à ꝓrio, in matrimonio de p̃senti. ¶ Et ex hoc habes, ꝙ regula, quæ dicit, ꝙ ab initio volũtas, &c. vt in regula, quod semel, de reg. iur. li. 6. Et illa regula est vera, altera saltem parte prosequente. Secus si vtraq; consentit absoluere, quia sponsa- 6 lia dependent à partium consensu. Et per hoc dico, † q̃ sentẽtia contra sponsalia de futuro transit in rem iudicatam, quia cum partes possunt consentire, & dissolutionem sponsalium earum acquiescere, facit sniam transire in rem iudicatam. Et de hoc est tex. ꝛ. de prob. iurauit. & dixi de testi. fraternitatis. 7 ¶† No. quinto, ꝙ iuramentum, vel fidei præstatio ordinatum ad commodum certæ personæ, potest remitti per partem, cui respectu vinculi cum Deo contracti, quia Deus recipit vinculum conditionaliter, nisi pars remittat, vt patet de iureiur. 8 quemadmodum. cum ibi notatis. ¶† No. sexto, cõtractum matrimonij habere instar contractus societatis. leges ergo socio, possunt induci ad materiam matrimonij, per hãc decretalẽ: dr enim socia diuinæ & humanę domus, vt l. si aduersus. C. de crim. expil. hæred. hic agitur de vna virtute spõsaliorum 9 iuro firmatorum, aut fidei præstatione. ¶† Duo obuiant ei, si litera dicit: Primo obuiat, quia si promissio fuit, puta absque omni conditione, ipsa est purè seruãda, & ex quo nulla subest conditio, iurm omnino est seruandum. 22. q. vlti. c. nullus. Secundo obuiat, quia si iuramento, aut fidei p̃statione ꝯcta sunt, inuicem se absoluere non possunt, j. eo. ex literis, & c. requiruit. Item quia dissoluere iurm, vel quod iuramẽti loco est, spectat ad solum Papam, imo nec Papa potest turẽ sine causa. de elec. venerabilem, & patet ex notat. de iureiur. in c. debitores, & c. verum. Sol. Licèt sponsalia essent pura à conditionib. extrinsecis, non erant tamen pura ab intrinseca, pp cõditionem quæ inest, si placuerit illi, ad cuius commodum iuratur. de reiur. quemadmodum, & c. 2. ¶ Ad secundum duæ sunt opi. in gl. Vna est, ꝙ possunt se inuicem absoluere. Et secũdum istam opi. decre. nullam obtineret dispensationem, quia sic esset de iure cõi. Primo, quia oĩs res per quoscunq; casus nascitur, &c. vt j. e. j. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. eo. tit. Secundo, ꝙ inest conditio, nisi à parte, in cuius cõmodum dirigitur actus, remittatur. de iureiur. c. quemadmodum. ¶ Secunda opinio Hug. qui sequitur glo. ꝙ non possunt se absoluere, per ꝓria, & per hanc dicre. quæ in hoc continet dispẽsationem, quia hoc tolerat ecclesia, ergo nõ est de iure, sed ex dispẽsatione. ¶ Dic, si quæritur an matrimonio contracto possint coniuges se absoluere. Dic, ꝙ non, quia eo perfecto vinculum à Deo firmatum est, & non plus pendet ex partium voluntate, vel potestate, per illud, Quod Deus coniunxit, homo non separet, vt no. de transl. præla. c. inter corporalia. Si autem sponsalia tm sunt ꝯcta, possunt dissolui voluntate vtriusq; . Dic, ꝙ sic, ne deterius inde cõtingat, vt hic. Et si dicas, ad quid mandat induci ibi, modis omnibus? Dic, ꝙ ob infamiam periurij, & licèt verè non sint periuri, notantur tamen in conspectu hominum, ꝙ venerint contra iuramentum, si in alterius dissensu tolli possit, dic si est deuentum ad contractum cum alia de p̃senti, contracta sunt sponsalia, & ideo matrimonium valet, & sic tali actu facti alterius voluntate dissolui possunt, & tunc non sunt monendi, nec compellendi inuicem. j. eo. sicut. Si non est ad hoc deuentum cum alia, compelluntur, non tamen sunt monendi, sed compellendi. Dicit gl. Doct. hic contradicunt in c. requisiuit. Et per hoc patet responsio ad illud c. & c. ex literis. j. eo. licet ꝙ hoc verum, ne deterius inde contingat. Et ita tenet Io. An. hic in sũma. Non obst. quod dicitur, ꝙ alius Papa non potest dissoluere iuramentum, quod à Papa dependet. Aduerte, Io. An. ponit hic bona verba Spec. in tit. de iureiuran. in tertia parte, in vers. quid si aliquis, & de legato, §. nunc ostendendũ. ver. hoc quoq; notandum. Dic, qnq; iuramentum dirigitur ad solum Deum, & hoc consitat, ꝙ solus Deus, & Papa potest remittere ex causa. Quandoque iuramentum dirigitur ad Deum, & ad partẽ, & animo obligandi parti tantũ, & hoc cõ-

stat,

stat, & non Deum, & tunc si iurm decernit fauorem Dei, non potest remitti per eum, cui iurauit, sicut si iurauit tibi ad vtilitatem Titij, non posset mihi remittere iurm ad præiudicium Titij. Si concernit tantum fauorem eius, cui præstitum est iurm, ipse potest mihi remittere, vt hic, quia semper habet conditionē, nisi ille remittat. de iureiuran. c. quemadmodum. Si cōcernit cōem, vel alterius tertij, planum est q̄ non potest remitti p partem, nisi ille tertius, vel cōe remittat, in cuius fauorem est præstitum iurm. Q uandoq; est dubium, an voluerim me obligare iurō Deo, vel homini tantum, & tunc attende materiā. Si materia est talis, in qua magis verisimiliter intendo placere Deo, q̄ homini, vt quia est de aliquo licito faciendo, vel abstinendo ab illicito, vt si iurauit intrare religionem, vel ire vltra mare, vel non fraudare mensuras, vel pondera. de emp. & vēd. c.j. Vel abiurauit adulteram. de eo, qui duxit in matrim. cū habet. Vel si iurauit de lucro dare fabricæ ecclesiæ, & similia, & tunc cēsetur iurare soli Deo, & solus Deus potest absoluere, vel habens potestatem ab eo. Si materia concernit vtilitatem partium, iurm in dubio vr̄ referendum ad obligandum parti, & Deo recipienti loco partis ad commodum partis, &c. ideo pars remittere potest, quia Deus vinculum recipit conditionaliter, nisi pars remiserit. Per hoc patet, q̄ Bart. bene dicit in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. qui dicit, q̄ iurm de iure canonico producit actionem, quia non ordinatur ad obligandum parti, sed Deo tantum, quia imò saltem in consequentiam consentit obligare parti, & Deus recipit loco partis. Per quod credo, q̄ de iure canonico ex pacto & iurō agi possit, quia nuda voluntas spondentis habet casum sufficientem obligandi de iure canonico, cum Deus solum recipiat. 22. q. 5. iuramenti. Et si dicatur, de iure ciuili non oritur obligatio, etiam naturalis, vt d. l. si quis pro eo. ergo ibi non est consensus obligandi parti. Respondeo, non oritur nālis de iure ciuili, quia illud ius Deū non cognoscens, non habuit ratam receptionē obligationis à Deo tanquā à tertio. & quia s̄m illud ius non erat obligatio ex sola sponsione non directa in partem, & ad vtilitatē pārtis, sed ex consensu mutuo tanquā à tertio: sed cum ius canonicū sit minister voluntatis Dei, ideo habuit ratam illā obligationem obligandi Deo recipienti ad cōmodum partis, & parti oritur actio de iure canonico, & per partē remitti potest. Si materia est indifferens. s. quia nec per hoc plus placet Deo, nec tangit cōmodum partis. dic q̄ adhuc pars non posit remittere iurm. dicit Spec. vbi s̄. Et est dictum Ray. in Sūma, de iurō, & periurijs, paulo ante finem, vt ibi dicit Io. An. in addi. Spec. Per hoc 9 soluit reuerēdo in Christo patri, magistro Lucæ generali ordinis Humiliatorum in Florentia, q̄ iurm præstitum per fratres generaliter de rennnciando liberè in manibus eius dignitatem, si ad eū contingeret promoueri, non posset per generalem remitti, quia in hoc plus intendit Deo placere, se astringendo ad maiorem obedientiam, à qua ipse non potest absoluere. ¶†An autem Papa sui causa possit absoluere, facit quod no. Inn. de renun. c. cum pro graui. quod non. Hoc verū, exceptis his casibus, in quibus auctoritas Papæ censetur excepta, vt no. de iureiur. quanto. super 2. gl. Vide in Spec. de leg. §. nūc ostendendum. ver. 24. Vbi patet, an Legatus absoluit. Et vide Thomam in 2. 2. q. 19. arti. 9. vbi tenet, q̄ potest iurm Eps cō- 11 mutare in melius, sicut votum, vt no. in d. §. ¶†Item absoluit Eps à iuramento dolo, vel metu extorto. de quo per Doct. de iureiurān. debitores. eo. tit. c. verum. Et hæc sufficiant pro præ- 12 senti, quia materia pertinens nō est. ¶†Ex his potest decidi dubium, an si canonici iurauerunt statutum, vel collegium, & iurant contentum in statuto, an si deliberant cōi voluntate veniendi contra statutum, ipsi dicantur periuri? Dico q̄ si statutum concernat priuatam eorū vtilitatem, q̄ absque pœna periurij videntur posse venire contra statutum, aliàs non. Et hoc tenet Io. An. in addi. Spec. in tit. de iuramento. in ver. sed pone, aliquis. & dixi in c. j. de his, quæ fiunt à maio. par. cap.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cōtractum inter maiorem septennio cum proxima septennio, in qua malitia ætatem suppleat, valet.*
2 *Sponsalia licitè contrahuntur in ætate 7 ptem annorum.*
3 *Affectus quandoque attenditur non ad effectum deductus.*
4 *In dubijs tutius eligi debet.*
5 *Matrimonium potest dissolui ratione publicæ honestatis.*

CAP. III.

Mebeffo de Dante, che parla del peccato, da lo quale son certo non se pò assoluere da quello: ma si da la escommunicatione, vt patet in dicto capitulo, ab excommunicato. ¶ †Quæro an exmachinatione primæ coniugis creatur impedimentum, siue coniunx, siue adulter machinatus est in mortem. Dicunt hic Doctores, ꝙ sufficit ꝙ adulter sit machinatus. Ad hoc hic, & supra c. proxi. Super hoc sunt opiniones. Si tamen vir machinetur in mortem vxoris adulteram, propter quam machinatus est, non poterit ducere in vxorem, arg. 31. q. j. si quis viuẽte. multo fortius si machinatus est in mortem mariti concubinæ, vt ℣. eo. cap. super hoc. & apertius ibi patet causa machinationis. ¶ †Quæro, qualis exigatur fides de contrahendo? Dic, ꝙ sufficit simplex, etiam sine iuramento. 22. q. 1. iuramẽti. fin Vincen. Idem Gul. in Specu. eo. titu. versi. quid si nec. ¶ †Quæro, si vir dicat se non habuisse animum contrahendi cum illa, cui fidem dedit de contrahendo. Dic, ꝙ nihilominus impeditur illam ducere: quia lex ponderat factũ. ¶ †Quædam, quę tangunt hic Doctores, an absolutio excommunicati iniusti absq; forma teneat, omitto: quia expedita sunt de senten. excom. cum desideres. & c. sacro.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium si quis viuente prima contrahat cum secunda nescia de vxore prima, eadem, prima mortua, remanet vxor.* 4.
2 *Ignorare præsumitur factum alicuius, qui est à loco facti absens.*
3 *Ex dolosi parte licet transactio non teneat, valet tamẽ ex parte nõ dolosi.*
5 *De vita alterius coniugis, quando potest dici mulier certificata.*
6 *Vxor secunda an licitè poterit adhærere viro, si est certificata de vita primæ vxoris.*
7 *Confessioni mariti an stetur in præiudicium secundæ vxoris.*
8 *Matrimonium si illicitè contractum sit cum secunda vxore, an illa secunda standum sit continere.*

CAP. VII.

1 VEniens. † Si quis viuente prima secundam huius rei nescium duxit vxorem, mortua prima remanet cum secunda. hoc dicit. Prima ponit casum, quem secundo decidendo committit.
2 Secunda ibi, licet autem. ¶ †Nota primo, ꝙ absens à loco rationabiliter ignorat factum, etiam publicè, in illo loco. ¶ Nota secundo, ꝙ contractus matrimonij cum adultera non inducit impedimẽtum, ex quo inter eum & eam soluto primo matrimonio impediatur: & sic ignorantia excludit adulterium, & omnem pœnam imponendam, & sequelam adulterij. ¶ Nota tertio, duo iuncta adulterio creantia impedimenta inter adulterum, scilicet ꝙ de contrahendo fidem dederit post mortem coniugis, & ꝙ in mortem vxoris fuerit machinatus amore adulterę. ¶ Nota practicam sententię, quando iam valet
3 matrimonium ex parte eius, contra quẽ sententiatur. ¶ †Obstat primo, quia videtur quod ex quo fuit inscia, etiam mortua prima coniuge non validatur matrimonium: quia non est ex antiquo consensu, propter impedimentum matrimonij: nec ex nouo, quia ignorans præsumebatur durare in primo consensu. de coniug. seruo. cap. fi. Solutio intellige, quòd mulier erat sciens post mortem primę coniugis, & tunc matrimonium ratificatur, vt ex nunc: aliàs non compellatur, secundum Butr. supra eodem, capitulo primo. Sic transactio dolo inita ex parte dolosi non tenet: tamen valet ex parte non dolosi, vt reuocari non possit. C. de transact. l. transactio. cum simili. Aut ergo mulier certificata abstinet à carnali copula, & à consensu tacito, vel expresso: & potest ad sęparationem intendere inuito viro, supra eodem, capitulo primo, in fine. Aut consentit tacitè, vel expresè: & statim est matrimoniũ: & fortius si vir ad eam reuertitur: quia cum eam reliquisset, vt non peccaret, non est verisimile ꝙ ad eam reuertatur, vt ip-
4 sam cognoscendo peccaret, secundum Innocen. ¶ †Obstat secundo, ꝙ ex quo vir scienter contraxit, non etiam posset illam habere in vxorem, supra eodẽ, capitulo primo. Solutio. Dic, ꝙ ad petitionem viri non validatur hic matrimonium, sed ad petitionem mulieris, quę inscia hoc fecit. ¶ Venio ad
5 aliquas quæstiones ad materiam. ¶ †Primo, quando mulier dicatur certificata de vita alterius coniugis? Dic quòd eo ꝙ aliquo modo audiuit, vel per vnum testem. de sponsa. ca. præterea, el secondo. de consangui. & affin. capitulo, super eo. debet enim mittere tunc ad Episcopum loci, & se informare, sine cuius licentia contrahere non debet, nec transire poterat, vt no. de desponsa. impub. cap. 2. Qui tamen scientiam al-
6 legat, eam probat, ex quo aliter dispensatum nõ est. ¶ †Quid si bona fide contraxit, credens ꝙ non haberet aliam, posteà venit alia vendicans ipsum in virũ, an ipsa licitè illi adhereat? Dicit Host. ꝙ quicquid faciat lite pendente, excusanda est, vt supra vt lite pendente capitulo, laudabilem. de frig. cap. fraternitatis. quousq; sententia lata sit: vel sit plenè certificata, vel per literas ordinarij, vel per probationem plenè factam. de rescrip. cap. contingat. de cohabit. cleric. capitu. vestra. Sed caueat, quando est certificata, ꝙ nullo modo permittat se cognosci: aliàs perpetuo non poterit esse vxor. supra eod.
7 super hoc. ¶ †Quid si maritus ei reuelet, & in iudicio confitetur ꝙ illa est vxor legitima, quę superuenit? Dic, ꝙ dicere poterit secunda se non credere: vt patet, de eo, qui cogno. cõsang. capitulo, super eo. ¶ Quid si maritus hoc confitetur sacerdoti in penitentia, & facit venire secundam, & super hoc per sententiam admoneri, & ipsa dicat ꝙ non credat, & vt probet, si potest, intentionem coram Episcopo? Dic, ꝙ adhuc ex cusata est quo ad ecclesiam militantem. Nam & omnia hæc possunt in fraudem procurari: & si monita per sacerdotem nolit abstinere, quo minus exigat debitum, poterit hoc facere lite pendente, dummodo sanam habeat conscientiam. vt lite penden. cap. laudabilem. Maritus autem si veritatem dicit, non reddat, sed potius excommunicationem sustineat. de sen ten. excommun. cap. inquisitioni. Ex quo enim, ꝙ coram ecclesia ius est quæsitum, vel approbatio facta, de clandest. despon. c. 2. requiritur ꝙ ab ecclesia certificetur antequàm iudicetur adultera. de secun. nup. c. dominus noster. Si autem clãdestinè contraxit, nec est postea matrimonium per ecclesiam approbatum, quam cito audit inde aliquid, debet à carnalibus complexibus abstinere. infra, qui filij sint legiti. cap. perlatum. supra de cland. despon. c. cum inhibitio. Et secundum hoc intellige quod no. Hostien. in summa, eo. titu. De hoc vi-
8 de c. laudabile, præalleg. & ibi nota. ¶ †Quid si recipit fidem à marito, ꝙ post mortem legitimè in vxorem ducatur? Dic, ꝙ de cætero ignorantiam prætendere nõ poterit. Nam per hoc patet, ꝙ credat virum aliam vxorem habere: & sic fit interpretatio contra ipsam, vt no. supra eo. cum haberet. In omni tamen casu consulendum est, ꝙ abstineat ab exactione debiti, ex quo nisi aliquem probabiliter audit: quia quod tutius, & certius est, respectu animę seruandum est. desponsa. c. iuuenis. de homic. c. audientiam. secundum Hostien.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens cum secunda, viuente prima, quam primò vel postea non cognouit, mortua prima remanet cum secunda.*
2 *Matrimonij impedimentum non creat solus contractus, vel datio fidei de contrahendo cum secunda.* nu. 4.
3 *De matrimonio contrahendo post mortem vxoris dare fidem de præsenti est peccatum.*
5 *Matrimonium an possit contrahi cum alia, vbi mortua prima illa fidem dederat, si maritus viuente prima cognouit illam.*
6 *Matrimonium an impediatur contrahi cum alia, si post datam fidem cohabitauit etiam nudus cum nuda cum ea, cui fides data est.*
7 *Vxorem primam si quis non cognouerit, si cum secunda contrahat, quam cognouit, an prima mortua poterit cum secunda remanere?*
8 *Matrimonium vt cum secunda impediatur, quæ requirantur.*
9 *Filij nati ex secunda vxore viuente prima, an sint illegitimi, & an succedãt*

cum

cum legitimis?

10 *Matrimonium contractum cum adultera, cui data est fides viuente coniuge, an posset peti separari à tertio quocunque.*

CAP. VIII.

1 SI quis vxore. † Contrahens cum secunda, viuente prima, quam primò vel posteà non cognouit, prima mortua remanet cum secunda. h. d. Communis diuisio. Secūda ibi, cæterum. ¶† Nota primò, quòd solus contractus, vel datio fidei de contrahendo cum secunda, non creat impedimentum matrimonij, sed ita demum, si separatur copula: & sic principaliter hoc impedimentum surgit ex adulterio. ¶ † Nota, quòd peccatum est dare fidem de matrimonio, vel contrahere post mortem coniugis: quia hoc est inducere desiderium de morte alterius, quod est damnatum. de concess. præben. c. 2. ff. de pact. l. fi. Nota, quòd ex adulterio surgit impedimentum, siue præcedat, siue sequatur dationem fidei, vel matrimo-
4 nij contractum cum secunda, prima viuente. † Obstat primò, quia videtur quòd contractus matrimonij, vel datio fidei de contrahendo impediat matrimonium cum secunda, absque alia copula, vt patet per totum hunc titulum, vbi solum ponderatur contractus, vel datio fidei. Solu. Omnia ista iura declarat hæc decretalis, vt debeant intelligi, quando copula est subsecuta. Et sic est etiam in tertio cap. supra eodem, vbi exigitur machinatio: quia oportet, q̄ machinatio habuerit effectum: de quo dic vt supra eodem c. super hoc. Per quod colligit glossa, q̄ non sufficit uoluntas, nisi habuerit effectum. allegat iura sua. ¶ Obstat 32. q. 5. qui viderit, cum similibus. Solutio. Dic, non sufficit voluntas, vbi effectus finalis consideraꝛ pro causa, sicut est hic copula: ideo non sufficit p̄ambulus ꝯctus. Et sic vbi duo requiruntur ad actus substantiam, non suf
ficit alterum probare. Ad hoc s̄. de reser. c. ex parte, el primo. ¶ Ex his patet, damnatā opinionem Hug. qui dicit, q̄ sola fidei datio creabit impedimentum absq; alio adulterio, quasi de re non vacante facta esset, de q̄ eccl. p̄ben. ca. j. & ij. Idem dicebat de contractu, & machinatione, de quo dixi s̄. eo. c. super hoc. & de conuersi. infi. c. laudabile. & tenuit hic Gof. quia machinatio, ēt cum effectu, non sufficit sine adulterio: quia iura de hoc loquentia satis de hoc exprimunt. Sed hæc Decreta. facit in p̄rium, arg. s̄. de iudi. pastoralis. s̄. de præsumptio. c. nonne. Quia exprimit adulterium necessarium quò ad contractum, vel dationem fidei, sequitur q̄ nō est necessarium quo ad machinationem. Probat Hostien. quia interfector coniugis, ēt si
ne machinatione prohibetur generaliter contrahere. 33. q. 2. interfectores. de diuor. c. j. Ideo bene est q̄ hac intentione interficiens cum illa nō remanet, quam tam nequiter concupiuit. de transla. p̄l. c. quanto. & dicit hoc expressum, de cōuersi.
5 in fi. c. j. ¶ † Quid si quis mortua prima, illa, cui dedit fidē, nūc alteri coniugatam cognouit: vel si mortua prima contraxit cū secunda, posteà cognouit illam, cui dederat fidem viuēte prima? Dic, q̄ hoc sufficiat vt impediatur, arg. de p̄niten. dist. 3. Ad hoc facit 8. dist. in scripturis. ff. de lib. & posthu. l. placet. cū seq. Vide quod no. de regula, sine culpa, de reg. iur. li. 6. Idem
6 Gul. in Spec. eo. tit. ad fi. ¶ † Quid si post datam fidem cohabitauit cum ea, etiam nudus cum nuda, non tamen eam cogno
7 uit, ex hoc impediatur matrimonium? Dic q̄ non. ¶ † Quid si primam non cognouit, quando contraxit secunda, quam cognouit, an prima mortua, vel religionem intrante, remanere poterit cum secunda? Quidam dicunt, q̄ sic arg. de big. c. debitum. 34. distin. c. Valentino clerico. Inn. tenet contrarium, & bene, vt hic, s̄. eod. significasti. & c. cum haberet, & j. de eo, qui cogno. consang. c. discretionem. Idem Gul. in Spec. eo. tit. ad finem. Ad hoc tex. s̄. eo. c. 2. Licèt quidam teneat cōtra, & malè. Et est causa, quia adulteriū surgit ex sola iniuria vin-
8 culi. ¶ † Quæro, quę requiruntur vt impediatur matrimoniū cum secunda? Dic, q̄ exiguntur duo. Fides, & etiam copula, vel matrimonium & copula: alias sola copula, vel solum matrimonium, vel fides non sufficit. Host. dicit requiri tertium, q̄ inter primos non sit canonicum impedimentum. Allegat, de spons. c. cum in apostolica. Exigitur & quartum, scilicet ma la fides. s̄. c. proxi. & c. j. Et est hoc perpetuum impedimētum. Vnde etiam si recederet à primo consensu, & velit consentire, non esset matrimonium in foro iudiciali. Tamen contracto matrimonio non crederetur coniugibus, si dicerent copulam & matrimonium, & dationem fidei ad dissolutionem matrimonij secundi. de eo, qui cogno. consang. s̄. eo. c. j. Secus si est in foro p̄nitentiali: & tunc etiam quamtuncunq; ecclesia hoc præcipiat, non debet commiscerī. de sent. excō. c. inqui-
9 sitioni. ¶ † Quid de filijs ex tali cōiugio natis ex secunda post dationem fidei viuente coniuge, de qua non constat nisi confessione coniugum? Dicit Petrus, q̄ ex quo occultum est, & p̄bari non potest, succedunt cum legitimis. Poterunt tamē secundum eum, parentes prouidere: ponēdo illos in aliquo pio nasterio mendicantium: quia aliàs succedunt parentibus. C. de episc. & cleri. l. oēs. Et si hoc facere non possunt, instituant eos in modica quantitate: & non poterunt agere nisi ad sup-
plementum. C. de inoffic. testamen. l. 1. cum simili. tamen om
10 nino vide j. de p̄ni. & remiss. c. officij. ¶ † Q uæro, an matrimonium cum adultera cui data est fides viuente coniuge, posset peti separari à tertio quocunq;? Dic quòd sic, secundum Gof. qui dicit etiam, quòd alter contrahentium non audiretur cō tra adulterum prouocando ad diuortium in hoc casu, cum sit in pari delicto. C. de inoffic. test. l. in arena. infra de adult. intelleximus. de excep. c. cum ecclesiarum. Ioan. And. dicit etiām adulterum propter periculum animæ audiri, supra de p̄n iud. c. lator. de iureiur. c. quemadmodum, & de præsump. c. j. ¶ Quid si mortua prima coniuge illa, cui dederat fidem, abs-que alio contractu cognouit, an ex hoc creabitur impedimentum? Dic quòd non: quia non est adulterium. Imò si sunt sciētes, ex hoc inducetur matrimonium. Hic non sunt alia.

De coniugio leprosorum. Rubrica.

¶ Viso de impedimento matrimonij concludente ad nullitatem, & dirimente matrimonium de præsenti: quia quædam sunt solum concludentia ad nullitat ēm sponsaliorum, vel morbus lepræ. ideo, & cæt.

SVMMARIVM.

1 *Lepra superueniens post contractum matrimonij non dissoluit matrimonium. nume. 9.*
2 *Infirmi quòd separentur ab alijs propter infectionem, valet consuetudo.*
3 *Consuetudo, per quam inducitur separatio matrimonij, non valet.*
4 *Vna caro censentur esse vir & mulier.*
5 *Vxor tenetur sequi virum, & ad hoc per ecclesiam compellitur. 11.*
6 *Mulier ex debito coniugali vltra debitum copulæ obligatur ad similia viro, & ad ministrandum ei necessaria.*
7 *Leprosi licèt separentur à communione hominum, non tamen debet separari vir etiam leprosus ab vxore propria. 9. 12.*
8 *Vir & vxor possunt diutius esse separati ratione voti terræ sanctæ.*
10 *Dictio, diutius, quod tempus comprehendat.*

CAP. I.

1 PEruenit ad nos. † Lepra superueniens post matrimonium nō dissoluit illud, nec eius effectum: ideo ad inuicem maritali, seu matrimoniali affectione se tractare debent, aut ad perpetuam continentiam vouendam indu-
ci. h. d. Primo narrat factum. Secundo illud diffiniendo com-
2 mittit. Secunda, ibi, quoniam igitur. ¶ † Nota primo q̄ ex causa valet consuetudo, vt propter infectionem infirmitatis infirmi ab alijs separentur. Et nota, q̄ hæc consuetudo ligat laicos, etiam in foro ecclesiastico, nisi quantum obuiet iuri di-
3 uino. ¶ † No. secundo, q̄ consuetudo, per quam inducitur separatio matrimonij, tanquam obuians iuri diuino, non valet, nec ab ecclesia est seruanda, etiam inter puros laicos. Ad
4 hoc de consue. c. fi. ¶ † No. tertio, q̄ vir, & mulier vna caro censentur: & quod alter sine altero non potest diutius esse: & q̄ omnino non valet statutum, & consuetudo, per quod dispo-
5 nitur, virū sine vxore diutius esse. quod bene nota. ¶ † No. quarto, vxorem teneri sequi virum, & ad hoc per ecclesiam compelli, & partiri infelicitatem viri. Et sic ad ecclesiam spectat
6 disponere etiam de executione matrimonij. ¶ † No. quinto, q̄ mulier ex debito cōiugali vltra debitum copulæ obligatur ad similia viro, & ad ministrandum, maximè tempore infirmitatis, & vt ministret, eum sequi tenetur etiam extra domū vir.
7 ¶ Vltimo, nota quod summando dixi. ¶ † Obstat primo, ga videtur consuetudinem seruandam, vt separati maneant leprosi: quia consuetudo est altera lex. j. dist. cōsuetudo. & quia hoc iure canonico p̄missum est. de eccle. ædi. c. cū expediat. cū iure veteris testamenti. 33. q. 2. hoc ipsum. So. consuetudo est, q̄ leprosi sint separati à communione hominum, exceptis vxoribus, vt licita, & etiam à iure canonico approbata, seruāda est, vt no. in d. c. cum expediat. & dicto c. hoc ipsum. sed vt stent separati, etiam excluſa vxore, hoc improbatur ab ecclesia, vel
8 contra: quia mala est consuetudo talis, vt j. sequitur, & j. c. pe. ¶ † Obstat secundo, quia licitū est abesse ab vxore. de voto c. ex multa. So. R̄r non licet: fallit ibi fauore voti, & subsidij
9 terræ sanctę. ¶ † Obstat tertio, quia vī q̄ p̄cisè debet compelli coniunx, non causatiuè, si non velit vouere. 33. q. 5. c. 2. Sol. Non compelluntur p̄cisè hoc casu, ne fortè leprosi improbi nimium afficiantur in exactione sui iuris: tamen si sani omnino recusarent, bene compellerentur: sed primo exhortandi sunt, vt hic dicit in fi. & patet j. ca. proxi. in fi. Nam illud non potest referri ad continentiam, circa quod vide quod no. Archid. j. q. j. votum. 32. q. 5. si vxorem. ¶ Venio ad quæstiones

dicitur

10 dicitur ꝙ vxor diutius non pōt esse sine viro.† Quādo dicatur diutius. Glo. dicit ꝙ quandoq; extēditur vsq; ad quadriennīū. ff. de separ. l. j. §. qđ dī. Quādoq; vsq; ad biennium. ff. loca. l. cū dñi horreorum. Quādoq; vsq; ad decennium, ẽ. tit. prox. c. cū haberet, & vide qđ no. de fideiuſ. c. fi. Glo. intelligit diutius, ad arbitrium boni viri, & non determinatur aliter. de offi. dele. c. de cauſis. & ff. de iure deli. ait prætor. Hoſt. intelligit diutius, i. donec querela deueniat ad iudicem, vel ſibi notoriè liqueat, ꝙ viuant in continentia, ſed ſi vnus alium nō impediat, eccleſia ſuſtinebit. 33. q. 5. c. quod Deo, ſed altero petēte, ſtatuit terminum ex offō, quò ſimul viuant, ẽ. de offi. ord. ca. fi. ſm Hoſt.

11 ¶† Quæro, an mulier teneatur ſequi virum, an ſic econuerſo vir vxorem? Dicit glo. ꝙ mulier tenetur ſequi virum, quia ad imparia iudicari non debeant. 32. q. j. c. ſi quis vxorem. & hoc tamen ex iuſta cauſa recedit vxor: aliàs retinenda eſt ſub affectione maritali. 30. 2. q. c. apud. Mulier aūt virū ſequi tenetur ex quacunq; cauſa. 13. q. 2. vnaquęq;. Niſi ipſam trahere velit ad infidelitatem, de diuor. c. quæſiuit. Vel niſi efficiatur vagabundus. 33. q. 2. ſi quis ineuitabili neceſſitate. ff. de ope. l. quod

12 niſi. in fi. ¶† Quæro, an in eodem loco cogentur cohabitare? Dic ꝙ non compelluntur continuè ad lectum ire, ſed ſufficit ꝙ leproſus ſuo debito non defraudetur, ſecundum glo. 2.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium poſſunt contrahere leproſi.*
2 *Matrimonij ſeparatio nullo caſu eſt admiſſibilis de iure diuino, excepto caſu fornicationis, nu. 11. & 13.*
3 *Lepra non cauſat ſeparationem thori, nu. 11.*
4 *Vir ex præcepto alligatur ad debitum reddendum vxori.*
5 *Apoſtoli præceptum ligat, ſicut præceptum Dei.*
6 *Matrimonium conſummatum non diſſoluitur religionis ingreſſu.*
7 *Lepra non ſoluit ſponſalia de præſenti, nu. 13.*
8 *Matrimonium ſpirituale diſſoluitur propter morbum & infirmitatem.*
9 *Oratio indefinita, an ſemper æquipollet vniuerſali.*
10 *Generaliter prolata, ſunt generaliter intelligenda.*
11 *Vir aūt vxor, an aliquo caſu non arctentur ad reddendum debitum alteri? nume ſequen.*
12 *Debitum ſi vir petat ab vxore, an obſtet exceptio dierum.*

CAP. II.

1 QVoniam.† Leproſi propter lepram ſeparandi non ſunt a cōiugio, & matrimoniū ꝫhere pñt, & inuicem ſibi debitum reddere tenentur. h. d. Sunt tria dicta, q̄ ibi patēt. Cōis diuiſio. Se-

2 cunda ibi, qđ ſi virū. ¶† No. ꝙ de iure diuino in nullo caſu licita eſt ſeparato matrimonij, excepto caſu fornicationis. ad hoc ꝫ. de ſecū. nup. ca. dñs, ac Redēptor noſter.† Ex hic no. ꝙ pp vitiū lepræ, vel cuiuſcunq; alterius infirmitatis, non eſt licita ſeparatio matrimonij. No. ꝙ lepra non impedit matrimonium ꝫhendum. No. ꝙ effectus matrimonij non ſoluitur ob leprā.

4 ¶† No. ꝙ vir ex præcepto alligatur ad debitū reddendum.† Et

5 no. ꝙ præceptum Apoſtoli ligat, & pariter, ſicut præceptum Dei. ¶ No. ꝙ lex ſimpl̄r loquens, indiſtinctè eſt intelligenda, & vbi lex eſt ſine exceptione, ab ea nullus caſus per Doct. eſt ex-

6 cipiendus. ¶ Ad primā partē oppono. Primò, †ꝙ liceat recedere ab vxore alia de cā, ſ. pp religionis ingreſſum, ẽ. de conuer. coniug. c. ex publico. So. Hic loquitur de conſummato, ibi de

7 non conſummato. ¶† Opp. ſecundò, quia lepra ſoluit ſponſalia, vt patet de iureiu. c. quemadmodum. So. Soluit ſponſalia

8 de futuro, & non de præſenti, vt hic, & ꝫ. c. prox. ¶† Oppo. tertiò de cler. ægro. c. tua. vbi ſoluitur matrimoniū pp morbū, & infirmitatem. So. Ibi in ſpūalibus, hic in carnali matrimonio. Rō, qa illud de iure canonico, hoc aūt de iure diuino. De hoc de cōſtue. c. fi. de ſpon. duorū, c. fi. Et in carnali nō imminet pe-

9 riculū niſi vni pſonę, q̄ ſe ab initio volūtariè obligauit, & qui ꝫxit, ſuſpicari potuit hoc euenire poſſe. In ſpūali verò immi-

10 net periculū pluribus, ꝙ nec ſunt requirendi. de elec. c. qa pp. Tu dic vt no. in ꝫrio, ꝙ nec in ſpūali ſoluitur quò ad vinculū. ¶ Oppo. quartò, qa indefinita n ōēqpollet vl̄i, vt l. non aliter, hīleg. 3. cum ſi. So. De hoc dic vt dixi in reg. j. de reg. iu. li. 6.

10 Inſper glo. & Doct. de elec. vt circa. eo. lib. ¶† Opp. quintò, qa ſic generaliter loquens non eſt generaliter, nec ſine exceptione intelligenda, imò quandoq; fit exceptio. 2. q. j. c. oīs. cum ſi. So. Verbum generale ex verbis, & ex mente, generaliter intelligendum eſt, ſed ſi ex mente non eſt ita generale, ꝙ oēs caſus comprehendat, non comprehendit caſus veriſimiliter ex mē-

11 te exceptos. Si ergo ad vtrunq; eſt generale, & tūc generaliter intelligitur, niſi per legem, ac rōnem aliquis caſus veniret excipiendus, vel diſtinguendus, vt in ꝫrio, de quo ff. de Publ. l. de ꝫrio. Et ſic intellige c. liquido. allegatū hic, in vlt. gl. ¶† Oppo. ſextò, quia aliquo caſu non arctatur ad reddendū debitum, vt patet de ſent. excō. c. inquiſitioni. Sol. In mea lepra nulla repe-

12 ritur exceptio: ideo lex indefinitè eſt intelligenda quò ad illā. Et hoc voluit litera dum dixit, in hoc caſu. In aliis autem bene pōt, non tamen debet ꝫ conſcientiam. de ſen. excō. c. inquiſitionis. Vel ſi eccleſia ex cā hoc inhibet, ꝫ. de matri. ꝫc. per totum. & ex cā carnalis fornicationis, vt in principio capituli. &

12 ēt ſpūalis. de diuor. c. quæſiuit, & c. quando.† An aūt competat exceptio dierū, vel loquorū ſacrorū. Dic ꝙ non. Nam quāuis petens peccet, & inducendus ſit ad deſiſtendum, ſi tñ inſiſtant modis oībus, reddi dēt. 33. q. 3. §. his ita rñdetur. & c. ſeq. 34. q. 2. quaſi per totum. De quo dic vt no. ẽ. in ſumma, de ſpon. ſup rub. de matrimonijs. §. qs ſit effectus. ver. ſed nunquid peccent

13 cōiuges. ¶† Quid ſi eccleſia diſtringit leproſum, q̄ pp horrorē nō pōt reddere debitum. Dic ꝙ ſi excōicatur, excōicatio ligat quò ad eccleſiā, non quò ad Deū, & ſi hoc conſtaret eccleſiæ, non deberet ꝫ eū ſnīam dare, ſed datā potius relaxare, qa non dēt ligare ad impoſſe, ff. de reg. iu. l. impoſsibiliū. & de ſolu. c. Odoardus. ¶ Quid ſi vir eſt ethicus, & vxor exigit, & ſi ille debitum petit, dic ꝙ reddere non tenetur, qa ordinata charitas incipit a ſe ipſo, vt prius ſibi conſulat. 86. diſt. non ſatis. & ẽ. de vſu pal. c. niſi ſpecialis. cum ſimi.

SVMMARIVM.

1 *Lepra ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro, nu. 3.*
2 *Matrimonium præſumptum inducitur per contradictionem poſt ſponſalia de futuro.*

CAP. III.

1 ITeras.† Sponſalia de futuro præcisè non cōpellunt ad matrimoniū ꝫhendū cū leproſa, lepra poſt ſponſalia ſuperueniente. h. d. ¶ No. ꝙ vitium lepræ dat licentiā ſoluendi ſponſalia, & ſic inducit cām diſcedendi a ſponſalibus, ſi ſuperueniant poſt ſpō-

2 ſalia. de iureiu. c. quemadmodum. ¶† No. ꝙ ꝺictio poſt ſponſalia de futuro inducit matrimonium præſumptum ſicut copula. Ad hoc de reſti. ſpol. c. ex parte M. & no. ẽ. de ſpon. c. adoleſcens. & c. fi. Quod intellige, quādo mulier eſt corrupta. Idē ſi dicat maritus illā cognouiſſe, & iſta negat, ſtatur verbo viri, vt hic, & 33. q. j. c. ſi quis vxorem. vt no. de deſpon. impu. c. cōtinebatur. ¶ No. illud generale, ſ. ꝙ quæ de nouo emergunt,

3 &c. glo. allegat concor. ¶† Obſtat primò, ꝙ non ſoluit ſponſalia de præſenti, ſed ſponſalia de futuro, ſi tamen ſponſus infirmam ſpōſam cogn̄oſceret, eſſet matrimonium præſumptum. de ſpon. c. is qui. Obſtat, quia propter lepram non ſoluuntur ſponſalia, vt ſupra de iureiur. c. quemadmodum. Sol. Propter lepram ſuperuenientem poſt ſponſalia diſſoluuntur ſponſalia, vt ibi, hic. ſed propter antecedentem nō. de ſpon. ex literis. ¶ Obſtat tertiò, quia dato ꝙ matrimonium non ſit conſummatum, nihilominus ſi contractū eſt de præſenti, cogitur vxor adhærere leproſo, ſupra eo. c. j. Sol. Intellige ꝙ matrimonium non erat conſummatum quò ad contractum, & non erat contractum de præſenti, ſed de futuro, aliàs ſi eſſet contractum de præſenti, licèt non eſſet copula carnali conſummatum, non haberet locum hæc decre. per dictum c. j. ẽ. eod.

De coniugio ſeruorum. Rubrica.

¶ Viſo de impedimento qualitatis accidentalis infirmitatis ꝫ perſonam erga perſonas ꝫhentium: reſtat videre de impedimento cōditionis perſonæ ſeruilis, ꝙ quandoq; matrimoniū dirimat. Materia habetur 29. q. 2. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere poteſt ſeruus contradicente domino de iure canonico, licèt iure ciuili prohibeatur, nu. 6.*
2 *Ad ſacramenti ſuſcipiendi habilitatem non eſt differentia inter liberum et ſeruum, vbi cauſa ſuſcipientis conſertur. 4.*
3 *Seruus ex contractu matrimonij non liberatur a debito ſeruitio, quod debet domino.*
5 *Pœnitentia, quæ non poteſt ſeruo iniungi per eccleſiam.*
7 *Serui quæ ſeruitia teneatur ſuis dominis præſtare.*
8 *Matrimonium eſſe poteſt inter ſeruum, & liberam.*
9 *Filius natus ex ancilla, eſt domini ſeruæ.*
10 *Seruus, cui prius obedire debeat, vbi dominus petit ſeruitium, & eodem inſtanti vxor debitum?*
11 *Vendere poteſt dominus ſeruum, licèt is, cui venditur, velit eum ducere ad perſonas extraneas.*
Vxor tenetur ſequi virum ſeruum, licèt vendatur cuicunque perſonæ.

CAP. I.

1 DIgnum eſt.† Seruus contradicente domino cōtrahere poteſt, ſed per hoc nō minus domino ſeruire tenetur. hoc dicit. Primò ponit dictum, & eius rationem. Secundò quandam

2 dubitationem ſoluit. Secūda ibi, debita, ¶† No. primò, ꝙ quo ad habilitatem ſacramenti ſuſcipiendi non eſt differentiam inter liberum & ſeruum. Et ex hoc infertur, ꝙ inter liberum, & ſeruos poteſt eſſe matrimonium de iure canonico. ¶ No. ſecundo, ꝙ inuito domino pōt ſeruus contrahere matrimoniū.

3 ¶† No. tertio, ꝙ ſeruus ex matrimonij ꝫctu nō liberat a debi-

to

4 to seruitio, quòd debet dñs. ¶† Obstat primò, quia non omnia sacramenta permittuntur seruis: quia ordinatur indistinctè, vt ℨ. de seruis non or. per totum. So. dic, ꝙ quædam sunt sacramẽta, quæ suscipientis eã conferuntur, & talia non prohibentur seruis, & sic nec matrimoniũ, nec baptismus, confirmatio, sacramentũ eucharistiæ, & similia. Quædã, q̃ cã aliorũ, vt ordo,
5 ab his repelluntur. ¶† Aduerte in eo qđ dicit, seruũ posse recipere sacramentũ pnĩæ. Dicũt Doct. ꝙ ad hoc tenẽtur, hinc est, ꝙ pro absolutione excõicationis ire tenetur ad curiã, ℨ. de sen. exc. relatũ. No. tñ, ſm Host. ꝙ non iniungenda est seruo pnĩa eleemosine, cũ nihil habeat. per quas perl. nob. acq. §. item nobis. Neq; itinerũ, neq; vigiliarum, neq; alterius macerationis, neq; aliqua, per quę redderetur dño suo inutilis ad operandũ, quia dñs non dẽt priuari seruo suo sine sua culpa. de const. c. 2. Et iniũgitur ꝙ vadat ad ecclesiã, cũ poterit bono mõ, & hmõi leuia, considerata qualitate criminis, & personę, vel orationes, quas facere põt laborãdo, & ẽt per viam eundo, arg. ff. de ope. li. l. antepe. Põt ẽt pro pnĩa iniungi labor, quẽ sustinet dño seruiendo, v t cũ bona fide seruiat, nec aliquid subtrahat, & pa-
6 tientiã seruitutis habeat, ſm Host. ¶† Obst. sc̃ò, quia non vĩ matrimoniũ cẽ cũ ancilla, sed contuberniũ, vt patet C. de incest. nup. l. quæ cũ ancillis. So. Ca. non illas leges corrigit, & est hæc litera ℨ multos Principes nostri tpis, qui non solũ seruos, sed nec liberas sine licentia sua permittunt viduas ℨhere, ℨ illud C. si nuptiæ ex rescripto pet. l. j. & ff. si rector prouinciæ. l. j. & ℨ illos, qui non permittunt viduas ℨhere, si nõ redimantur.
7 ¶† Quæro, quæ sunt seruitia debita suis dominis? Dic ꝙ ad illa, quæ sunt ℨ Deum, non tenetur obedire, vt 11. q. 3. qui resistit, & c. Iulianus. nec in his, quę constant esse iniusta. de temp. ord. c. dilectus. Alia tẽporalia, quæ seruus habet, oĩa sunt dñi, ẽt cum animaduertere vĩ in eum. Inst. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. j. & ad consueta. Ideo dicit litera ꝙ si sit ẽt consuetudo in ciuitate, vel regione, quòd ad aliqua nõ tenentur, deberet illam consuetudinem ecclesia manutenere, ℨ. tit. j. c. vno. C. de longi temp. præscrip. l. j. 2. & 3. & no. ℨ. de ludæ. c. multo-
8 rum, ſm Host. ¶† Quæro, an matrimoniũ possit esse inter seruum & liberam? Dic ꝙ sic, si ℨhant scienter. 29. q. 2. si quis li-
9 ber. ¶† Quid de partu nato ex ancilla, & seruo ex matrimonio? Dicit glo. ꝙ dominiũ est domini seruæ. ff. de sta. ho. l. & si seruorũ. Gul. Naso, & Host. dicunt ℨ, quia filij nati ex legitimo matrimonio sequuntur patrem, ff. de sta. ho. l. cum legitimè.
10 32. q. 4. liberi. de ser. non ordi. c. fi. ¶† Quid si eodẽ tẽpore dñs petit seruitium, & vxor debitum, cui debet seruus prius obedire? Dicit glo. ꝙ debet prius dño seruire, nam matrimonium & eius effectus sustinetur, saluo iure domini: nisi periculum fornicationis timeatur, vel magnũ præiudiciũ fiat vxori. pro hoc, quia prius fuit obligatio transit ad vxorem cum causa sua. de pigno. c. ex literis. Ad hoc facit tex. ibi, ad hoc non minus. & sic fuit domino obligatus, & facit pro eo prioritas tẽporis. In contrarium quia reddere debet prius debitum vxori: quia citò reddere põt, secundũ moram modici tẽporis, non est aliquod præiudicium, nisi fortè dñs peteret in auxilium personæ. Pro hoc facit, quia magis est priuilegiata sua causa, q̃ eius obligatio spũalis, & sacramentalis. Alia aũt est sola tẽporalis, & dominicalis: quo casu posteriorem præferimus, ℨ. de præben. c. hi qui. li. 6. & c. si ad sedem. Et dic ꝙ si seruus ℨhat sciente domino, prius debet reddere debitum vxori, quia dñs tacitè permittens matrimonium, permittere vĩ oẽm sequelam matrimonij. de offi. dele. prudentiam. Si aũt eo ℨdicente, vel ignorante, vĩ ꝙ debeat mandatum domini adimplere, nisi probabiliter ex dilatione timeatur adulterium, alias posset dñs officio suo priuari. Ray. dicit, ꝙ si poterit vtriq; seruire, faciat eodem instanti: si non põt vtriq; parere eodem instanti, pareat ei, qui est in maiori necessitate, & ex cuius omissione maius præiudiciũ est secuturum: si omnia sunt æqualia, eligat dñm, vbi eo igno-
11 rante ℨxit, aliàs eligat vxorem. ¶† Quid si dñs vult vẽdere seruum alicui, qui eum ducere vult ad extraneas partes, fortè in Græciam? Dic ꝙ põt, & mulier debet eum sequi, ſm Goff. Alij dicunt ꝙ talis venditio prohibenda est. C. cõmunia vtriusque iud. l. possessionum. Interest enim Reipublicę, ne quis re sua male vtatur. Inst. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. pe. cum cõcor. Dic, aut sunt diuersorum dominorum, & tunc aut alter ipsorum vult ꝙ cum sequatur seruus vel serua, si contraxerunt inuitis dominis: & põt, & seruus & serua tenentur sequi dominos, non tamen in tantũ permittitur separatio, ꝙ non possit ei reddere debitum. Si ipsis scientibus, credo ꝙ sibi habeãt imputare, vnde cogerentur vel dimittere seruos, vel ita propinquè habitare, ꝙ possint sibi reddere debitum. Si sunt eiusdem domini, debet eos aut ambos vendere, aut retinere ambos. Si seruus contraxit cum libera sciente, adhuc seruum debet sequi libera, quæ habet sibi imputare quare cum tali contraxerit, & hoc debebat præcogitare &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, quod liber ignoranter cum ancilla contraxit, separabitur, nisi postea sciens illam cognouerit.*
2 *Matrimonium non validat diuturna cohabitatio contra vitium erroris conditionis.*
3 *Dos venit restituenda dissoluto matrimonio ex coniugij impedimento.*
4 *Error quando possit vitiare matrimonium contractum.*
5 *Scientia quæ requiratur ad excludendum vitium erroris.*
6 *Matrimonium si petatur dissolui ratione seruilis conditionis, an lite pendente si mulier petat debitum debeat ecclesia sibi præcipere, vt debitum reddat.*

CAP. II.

1 PRoposuit. †Separabitur matrimonium, q̃ liber ignoranter cum ancilla ℨxit, nisi postea sciens illam cognouerit. h. d. In prima ponitur facti narratio. In secunda diffinitionis cõmissio. Secunda ibi, mandamus. Et secundũ membrum subdistinguit ibi, si verò. ¶† No. primò, ꝙ diuturna cohabitatio non
2 validat matrimonium ℨ vitium erroris conditionis, non data alia certificatione conditionis, per copulam validatur matrimonium ab initio nullum propter cõditionis erroris defectũ.
3 No. secundò practicam sñiæ pro matrimonio. ¶† No. tertiò, ꝙ dissoluto matrimonio ex impedimento coniugij, ꝙ nihilominus dos est restituẽda. Et no. ꝙ rõne principalis subiecti iudex ecclesiasticus ẽt cognoscit de accessorio dotis, ẽt inter puros
4 laicos. ¶† Obstat primo, ꝙ non oĩs error contra personam cõtrahentium vitiet matrimonium. 29. q. j. §. non omnis error. Solu. quidam est error conditionis seruilis, & de iure vitiatur matrimonium, vt hic, & 29. q. 2. per totum. Nisi posteà tacit, vel expresè ratificetur illud, vt infra eo. c. ad nostram. Et hoc verum, quando error est, quia creditur libera, & est ancilla. Secus si crederetur ancilla, & esset libera, quia tunc error non est inductiuus ad contractum, & quia non est error conditionis seruilis. Quandoq; datur error conditionis ascriptitiatus: & talis non vitiat, quia liberi sunt, & põt ascriptitius permanere in possessione, in qua est post voluntatem domini. C. de epis. & cle. l. iubemus, & in authẽ. ascriptitios. ad hoc, c. multorum, ℨ. de ludæis. de quo 29. q. 2. in summa. Quidam est error qualitatis personæ, & hic non vitiat, nisi in casu quãdo ℨheret cum Christiana, & est pagana, vel hæretica, vel Iudæa, hic enim non tenet matrimonium etiam si contraheretur a sciente, nisi ad hoc vt conuerteretur ad fidem. 28 q. j. per totum. De hæretico dic vt ℨ. dixi de cond. app. c. fi. super prima glo. ¶ Obstat secundo, vĩ ꝙ dos non sit restituenda ancillæ, quia ancilla non põt habere proprium. ff. de manu. test. l. 4. Dic, restituenda est ancillæ, id est, domino pro ancilla. Vel dic ꝙ de æquitate canonica loquitur hic. Vide quod no. in Spec. de dona. inter virum & vxo. §. fi. versi. sed qua actione. & vide quod no. 13. q. 2. illud, in
5 prin. ¶† Obstat tertio, ꝙ solo auditu conditionis seruilis non inducitur matrimonium, si postea eam cognoscat. Nam non debet credi cuilibet referenti. 33. q. 4. quã magnum. Nam tubans pro errante habetur, & ignorante. C. de cond. indeb. l. fi. & ff. de lib. ho. exhi. l. 3. §. is qui. Dic, si hic habuit scientiam seruitutis ex probabili & discreta causa, præiudicat sibi, si carnaliter eam cognouit: si ex leui, & temeraria, cui credi nõ debet, & ideo vĩ ꝙ ei præiudicat. de sen. excom. inquisitioni. & c.
6 fi. ¶† Quero, pono ꝙ maritus petit separari a coniuge propter seruilem conditionem, lite pendente mulier petit debitum quo dicit se non debere priuari, vt lite penden. per totum. Ecclesia sibi debeat præcipere, vt debitum reddat? Videtur sic, per iura prædicta. Quidam dicunt ꝙ sic, quia reddere debet, & non exigere, nisi sibi fiat præiudicium. Tanc. dicit ꝙ neutrum facere debet, quia ei fieret præiudicium per literam istam, & si præcipiatur, non reddat, aliàs si redderet affectione coniugali, esset matrimonium, si habeat conscientiam ex causa probabili, & discreta: si fornicario coitu peccat, mortaliter peccat, quia facere non debet, imo quia debet potius pati excommunicationem. de resti. spol. c. literas. & dicto c. inquisitioni. Glo. colligit quòd posit reddere, & ex primo consensu pœnitentia ei iniungatur, quandiu constat de impedimento, vt hic, vbi non est certus, licèt habeat præsumptiones: secus si sciret pro certo. Et quod hic dicitur, intelligitur quando eam cognouit absque mandato ecclesiæ, & antequàm dado eam cognouit absque mandato ecclesiæ, & antequàm daretur litis pendentia. Ioannes Andr. dicit quòd opinio Tancre. sibi placet de rigore iuris. Secus tenet Hostien. & Ioan. And. de æquitate canonica, quia non cognoscit eam tanquàm seruam, vel liberã, sed tanq̃ illam, quę est in quasi possessione libertatis, & tanq̃ illã, q̃ est in quasi possessione matrimonij, q̃ p tali habenda est lite pendẽte, nõ est sua quasi possessio annullanda. Ad hoc de frig. c. fraternitatis. & vide quod no. 33. dist. si cuius. vbi tangitur hoc. Et de marito acculante vxorem de adulterio,

adulterio, an interim arctetur ad reddendum debitum, præsertim accusatione pendente, vide ibi in glo. alimenta. Aut non est dubium, q̃ sibi negare non debet pendente causa. ff. de libe. agno. l. si negat.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo est in loco, quod partus conditionem patris sequatur, natus ex libero, & ancilla erit liber.*
2 *Seruus habere potest monasterium.*
3 *Matrimonium vitiat error conditionis seruilis.*
4 *Filij quando sequuntur conditionem matris, & non patris.*
5 *Libertas præscribitur existentia in quasi possessione libertatis per decennium, vel quinquennium. nu. 10.*
6 *Libellus ad probandum quem in quasi possessione libertatis, quomodo articulari debeat.*
7 *Doctor potest consulere respondendo per verbum, videtur.*
8 *Iudicandum est in dubijs pro parte magis fauorabili.*
9 *Matrimonium aliàs nullum lapsu temporis non firmatur.*

CAP. III.

1 Licet. †Si consuetudo est in loco, quod partus cõditionem patris sequatur, natus ex libero & ancilla liber erit, & vt liber matrimonium contraxit. h. d. Primò narrat factum. Secundò vtriusq; partis propositionem. Secunda ibi, vñ. respondet quid sit de iure.
2 ¶ No. j. q̃ † monasterium potest habere seruos. ¶ No. ij. q̃ error
3 conditionis † seruilis vitiat matrimonium: & q̃ in danda libertate proficit statutum disponens, vt quis sequatur patris con-
4 ditionem. ¶ No. iij. q̃ † quo ad libertatem quis sequitur conditionem matris, nisi aliter lex disponat. Et ex hoc infero, q̃ hic erat natus absq; nuptijs, aliàs de iure sequeretur conditionem patris. ff. de sta. ho. l. nuptiæ. Et per hoc habes notabile, q̃ error legitimitatis, cum quo quis cõtrahat, non vitiat matrimoniũ.
5 ¶ No. iiij. q̃ † existentia in quasi possessione libertatis decennij præscribitur libertas. ¶ No. v. arg. ad probandum, q̃ est in pos-
6 sessione † libertatis, quia debes articulare q̃ se gessit pro libero. Et idem vñ, q̃ hoc sufficit probare, q̃ se gessit pro prælato, vt concludatur prælatus esse in quasi possessione. De quo dic, vt dixi de elect. c. nihil. & plenius de iure patr. c. consultationibus in repetitione. Et nota qualis exigatur possessio ad concludendam præscriptionem: quia sufficit, q̃ sit quieta, & syncera.
7 ¶ No. vj. q̃ per † verbum, videtur, respondetur de iure. Vide qđ
8 no. de appell. præterea. ¶ No. vij. q̃ † in dubio iudicandum est pro parte magis fauorabili. Et nota causam in sententia exprimendam. Ad primum facit, de probat. c. ex literis. Ad secundum, de senten. & re iudic. c. sicut. ¶ Oppo. primò, q̃ lapsu tem
9 poris † non firmatur matrimonium. supra c. prox. Dic si constat de conditione, & illa nunc adest, non iudicatur matrimo-
10 nium, vt ibi. Sed si est dubiũ, tunc iuuandum est pro matrimonio, vt hic. ¶ Oppo. secundò, & † videtur, quòd non exigatur decennium, sed sufficit quinquennium, vt non possit moueri quæstio statim post mortem patris, vt C. ne de sta. defun. l. j. Dic quòd illud sufficit, vt ibi dicitur, & quod hic dicit decennio: & sic fuit in facto. Vel hoc fecit ad cautelam, de qua ꝛ. de prob. c. licet causam.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium si liber cum ancilla ignoranter contraxit, separatur matrimonium.*
2 *Error conditionis vitiat substantiam matrimonij.*
3 *Matrimonium ratificat tacitus consensus facto surgens.*
4 *Matrimonium nullum propter errorem confirmatur etiam alias, quàm per actum copulæ.*
5 *Matrimonium non vitiat omnis error.*
6 *Ignorantia præsumitur, nisi probetur.*
7 *Ad matrimonij effectum solus consensus contrahentium sufficit.*
8 *Contractus nullus tractu temporis non potest validari.*
9 *Matrimonium si quis contraxit cum ancilla ignorante, quam postea dominus manumisit, an teneat.*
10 *Ancillam si dominus alicui tradiderit in vxorem tanquam liberam, an erit libera.*
11 *Liberus si contraxerit matrimonium cum seruo, quem credebat liberam, an valeat.*

CAP. IIII.

1 Ad nostram. †Si liber ꝛxit cum ancilla hoc ignorans, ex quo sciuit, non cõsensit in eam separatur matrimoniũ, & contrahere cum alia poterit. h. d. Duæ sunt partes. In prima narrat factum. In secunda responsio. Secũda ibi, Ideoq; ꝛ. ¶ No.
2 j. q̃ error † conditionis vitiat substantiam matrimonij, & etiam quo ad substantiam vinculi. ¶ No. ij. q̃ data certificatione erro
3 ris tacitus † consensus facto surgens, vel expressus ratificat matrimonium. ¶ No. iij. q̃ quis facto, & verbo cõsentit. ¶ No. iiij.
4 q̃ † matrimonium omnino nullum propter errorem contingentem ex forma verborum, validum cõfirmatur, etiam alias
5 quam per actum copulæ. ¶ Obstat j. † q̃ non omnis error ergà personam contrahẽtium vitiat matrimonium. 29. q. 2. in summa. Sol. Quidam est error deterioris conditionis respectu cõtrahẽtis, vt quia credit eum liberum, & est seruus: & hic vitiat, vt hic. Quidam est error melioris conditionis, vt quia credit eam seruam, & est libera: & hic non vitiat, vt dixi ꝛ. c. 2. Quidam est error qualitatis paris conditionis, vt quia credit eam seruam ecclesiæ & est serua priuati: & hic error non vitiat, quia sufficit, q̃ non est iure scriptum. Quidam est error qualitatis personæ, & non dirimit. 29. q. 2. per totum. vt quia credit eum
6 diuitem, & non est. ¶ Obstat ij. quia † hic arctatur ad probandũ ignorantiam, quia ignorantia præsumitur, nisi probetur. ff. de prob. l. verius. Sol. Hoc probatur eo ipso, q̃ non probatur contrarium. de quo ꝛ. de his, quę fiunt a præl. c. cum apostolica. vbi de hoc. Nec. n. quis cogitur probare ignorãtiam, nisi fortè fm formam, quæ hr de elec. c. innotuit. ſ. q̃ fecit indagationem de scientia. Ad idem quod no. gl. de crim. fal. c. ad falsariorum. Ad hoc de reg. iur. c. præsumitur. lib. 6. Deficiente tamen probatione, stabitur iuso. de de spon. impu. c. attestationes. ¶ Obstat iij.
7 quia non videtur, q̃ † facto ratificetur matrimonium, quia verba sunt de forma. supra de spon. c. tuæ. Sol. dic, quòd verba debent repeti. Tene, q̃ sufficit solus consensus, vt dixi in d. c. tuæ. & prima verba sufficiunt, quæ trahuntur ad istum consensum, etiam si exigerentur, vt not. ibidem, de spon. c. fi. ¶ Obstat iiij.
8 quia quod † nullum est, tractu temporis non validatur, vt patet de reg. iur. lib. 6. cum concord. quas posuit gl. hic. Dic, q̃ factũ hic, & consensus habetur pro causa confirmante. ¶ Quæro, q̃
9 traxit quis † cum ancilla ignorante domino, dominus eam manumisit, an est matrimonium? Dicit gl. q̃ non, quia commisceẽtur adhuc ex primo consensu, qui nullus fuit. arg. C. ad Vellei.
10 l. j. idem no. 29. q. 2. si quis ingenuus. ¶ Quæro, dominus † tradit ancillam alicui in vxorem tanquam liberam, an erit libera? Dicit, q̃ sic, quia vñ ei dare libertatem. in Auth. de nup. in §. si viro ab initio. Nec obst. q̃ matrimonium non teneat propter errorem conditionis, sic nec libertas, quæ surgit ex matrimonio: qa cum incipiunt cõtrahere, dominus ancillæ dat ei dominium, & sic contrahitur cum liberas: vnde tenet matrimonium, fm Goff. facit quod no. j. q. j. c. detrahe. In j. gl. ¶ Quæro, libera cõ-
11 traxit † cum eo, quem credebat liberum, postea sciuit illum esse seruum, an valeat matrimonium cum eo? Dicit glo. q̃ non est matrimonium, licet illa velit esse cum eo, si seruus nõ vult: sed nihilominus, qui decipit, compellitur. ꝛ. de eo, qui dux. in matrim. c. j. quod puto verum.

De natis ex libero ventre. Rubrica.

¶ Nota q̃ occasione ex titulo proximo ponit hanc rubricam. Materia habetur 32. q. 4. liberi.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus ex libera, vel liberta, liber est.*
2 *In actu quolibet inspici est opportunum, quod est decens.*
3 *Filij sequuntur matris conditionem quo ad libertatem.*
4 *Pro instrumento præsumitur, donec contrarium probetur.*
5 *Obstare non debet alicui id, a quo debet tueri.*
6 *Obligatio in vnum finem non debet operari oppositum.*
7 *In seruitutem incidit liber homo, qui patitur se vendi ad pretium participandum.*

CAP. I.

1 Sndecens. † Natus ex libera, vel liberta, liber est. h. d. Primò ponit generale interdictum. Secundò casum diffiniri
2 mandat. Secunda ibi, propterea. ¶ No. j. in spi-
3 ci, quod † decens est. ¶ No. ij. q̃ † nati ex libera, vel liberta, liberi sunt: & sic partus sequitur cõ
4 ditionem matris. ¶ No. iij. q̃ † standũ est probationi instrumenti, donec instrumentum reprobetur. Et sic cõtra probationem instrumenti admittitur probatio in contrarium: & videtur, q̃
5 per illud instrumentum tantum. ¶ No. iiij. q̃ † non debet quis
6 impugnari ab eo, a quo tueri debet. Et sic † obligatio in vnum finem non debet operari oppositum finis, ad quem est introducta. ¶ Obstat primò, quia † videtur quem admitti ad reuocãdum libertum in seruitutem. 15. q. vlti. cum multæ. Solu. dicit gl. fallit ibi. Dicunt Doct. q̃ etiam fallit in eo, qui passus est se vendi ad pretium participandum. Insti. de iure perso. §. pen. & vide in Spec. de resti. in integ. §. 2. post princ. ¶ Obstat ij. quia illud, quod debeo alijs prohibere, quãdoq; facere possum, vt in marito, qui alios prohibere deberet a copula cum vxore, & tamen ab ea licitè exigitur. Sol. Generale est verbum, quod non debeo id facere, a quo alios prohibere debeo. Fallit, nisi sit tale factum, quod ex officio sibi soli competeret.

De

Anto. de Butrio super quarto Decretal.

De cognatione spirituali. Rubrica.

¶Dicto de alijs impedimentis matrimonij, de triplici cognatione submittere intendit, sed quia cognatio spiritualis est dignior, ideo de illa premittit. Materia habetur 30.q.j.& q.3. per totum. 33.q.2.si quis cum matre. Tractant hic Doctores vsq; ad quos se extendit cognatio spiritualis. dicam infra in prosecutione tituli, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium licitè qui contrahant.*
2 *Leges, seu statuta si contraria reperiuntur, standum est vltimis.*
3 *Compaternitas est cognatio spiritualis.*
4 *Filij compatrum non contrahunt inter se matrimonium.*
5 *Consuetudo an liget in spectantibus ad forum ecclesiæ.*
6 *Consuetudo potest creare nouum impedimentum ad matrimonium dirimendum.*
7 *Compater habere potest in vxorem sororem leuati.*

CAP. I.

1 VTrum, †Filij duorum compatrũ, per quorum neutrum petuentum est ad cõ paternitatem, licitè contrahunt, nisi consuetudo repugnet; separantur autem, si propter vtrũque eorum, vel alterum, compaternitas est contracta. h.d. Primò ponitur quæstio. Secundò allegatio, & diffinitio, & exceptio a diffinito. ¶No.j. vbi canones reperiuntur† contrarij, standum est vltimo. Idem etiam in
2 statutis. ¶No.ij. q† compaternitas est cognatio spiritualis, &
3 creat impedimentum habile ad dirimendum matrimonium
4 post contractum. ¶No.iij.q† filij duorũ compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, possunt ad inuicem copulari, quia inter eos nulla est cognatio spiritualis, sed non possunt contrahere filij compatrum cum illo, per quẽ est ad compaternitatem deuentũ. ¶No.iiij. vt †consuetudo liget in spectantibus ad forum ecclesiæ, oportet, q consuetudo
5 sit ecclesiæ: & sic non proficeret consuetudo ciuitatis, seu locorum, vt de consue.c.ecclesiæ. ¶No.v.q† consuetudo potest
6 creare nouum impedimentum habile ad matrimonium dirimendum, quando non concurrit scandalum cum tali consuetudine. ¶Obstat primò, quia † inter filios compatris, & illum, per quem est deuentum ad compaternitatem, posset contrahi
7 matrimonium. 30.q.3.c.vlt. Nam inter leuantem, & filios cõpatris, dum tamen non sit leuatus, potest esse matrimonium. Hinc est, q pater spiritualis potest habere in vxorem sororem leuati. Sol. intellige quod dicitur hic, non posse esse matrimonium inter filios compatris, si persona est leuata: secus si persona sit leuans. ideo no. gl. in c.j.j.co.li.6. in ver. contractum. vbi etiam dicit, q potest esse matrimonium inter patrem, & filiã spiritualem filij carnalis, quia licet cognatio spiritualis de patre in filium descendat, tamẽ cum cautum non sit, & edictum de matrimonio contrahendo sit prohibitorium. de spon. cum
8 apud. non ascendit. ¶Obstat secundò, quia † non vr, q consuetudine posset inhabilitari matrimonium. Nam quos Deus coniunxit, homo separare non potest. 33.q.2.c.quos Deus. Ergo nec etiam consuetudo haberet vim, quæ est contra ius. de consue.c.fi. vbi non statur consuetudini, sed potius iuri. Sol. Quidam, vt Hugo, dicunt quod decr. malè dicit. Alij dicunt, si quæritur, an consuetudo possit inducere impedimentum ad contractum dissoluendum, dicunt q non, vt ibi. Pro primo facit j. eo.c.super eo.de cler.coniu.c.cum olim. Alij dicunt, q etiam consuetudo cum scandalo potest creare impedimentum habile ad dirimendum. Sed dicit gl. q consuetudo nõ possit operari, vt dirimat. Dicam quid tenendum. j.eo.super eo.& prout nunc dico, q si consuetudo præcedit super impedimento cũ scandalo, hoc impedit, & dirimit, vt quando est per ipsam approbata. Non obstat, quos Deus coniunxit, &c. quia precedente consuetudine Deus non coniunxit. Ad hoc, quia aliàs hæc exceptio non esset per omnia competens præcedentibus. Si autem post iam contractum matrimonium nulla consuetudine subsistente ante consuetudinem superueniat scandalum, satis credo quòd dirimat.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas scienter, vel ignoranter superueniens inter coniuges, non dissoluit matrimonium.*
2 *Sententia humanior est eligenda duobus concurrentibus.*
3 *Argumentum a diuisione procedit in iure.*
4 *Dolus, malitia, & fraus non debet alicui patrocinari.*
5 *Ignorantia probabilis excusat in iure, secus ergo si sit improbabilis*
6 *Debitum an possit exigere coniunx leuans filium.*

CAP. II.

8 trahendo, ꝓiudicat, vt ibi: si de ꝯcto, non, vt hic. ¶ † Obst. 2. quia vr quod vi solius confessionis sit matrimonium seperandum, quia confitenti ꝯ se statur, cum confessus pro condemnato habeatur. C. de confes. l. j. & ff. de ꝓfes. l. j. So. Soluit hæc gl. dupliciter. Vno modo quod spāle sit in matrimonio, vt cōfitenti nō credatur: & hoc, ne colludāt se inuicem coniuges: & quia hęc mā non est dependens à consensu, & sic nec à confessione, ut hic. Secundo, quia ideo non credit quod ꝓfitenti pro se nō est credendum. Et ideo aut confessio fit per cum, qui stat ꝯ matrimonium, & confessio non prę iudicat. Aut ꝓfessio fit per eū, ꝙ stat pro matrimonio, & præiudicat. Gl. non stat in isto: sed dicit quod neutri credit, ga hoc est spāle in matrimonio. In hoc puncto, an sola confessio præiudicet. Dic, aut agitur de ꝯhendo, aut de ꝯcto dissoluendo. Primo casu confessio impedimenti alterius bene prę iudicaret, & illi credendum esset, si esset ille, qui staret pro matrimonio, & ad eius dictum tñ impediret matrimonium: sic & ad dictum vnius testis, qui non est cā quare non debeat impediri. Stanti aūt ꝯ matrimonium non video quod credendum esset: quia sic confiteretur suam intentionē, & confessioni pro se non statur. Si agitur de ꝯcto dissoluendo, aut quo ad vinculum, & hic est aduertendum. Aut vterq; stat ꝯ matrimonium, & neutri creditur, quia colludunt. Aut vterque stat pro matrimonio, sed ex officio inquiritur contra eos quasi coniunctos: & satis credo, quod credatur eis cum iuramento. xxxv. quæstione 6. si duo. Puto tamen hoc

arbitrarium esse, vt dicit Host. ꝛ. de despon. impu. c. attestationes. Si alter pro matrimonio agit, & alter ꝺ, tunc stanti in ꝟriũ non creditur, quia pro se confitetur. An autem credatur stanti pro matrimonio: Quidam dicunt, ꝙ sic. Séd dico, ꝙ est in arbitrio iudicis, per ea, quę scripta sunt in d. c. attestationes. Si agit̃ de contracto dissoluendo quo ad thorum: & credit̃ confitenti, dummodo non sit ille, qui separationem intentat. Et hoc de confessione. ¶Venio ad tertiam opi. ꝙ saltem credat̃ rumori cum confessione. 35. q. 6. si duo. Gl. dicit, ꝙ confessioni cum rumore non credit̃ quo ad dissoluendum: confessioni autem cũ fama, sic. Tu dic, ꝙ aut agit̃ de ꝺ̃hendo, & soli famæ credit̃ quo ad impedimentũ. de testib. super eo. & c. præterea. de pręsump. c. illud. & c. 3. ꝛ. tit. prox. super eo. Si autem agit̃ de ꝺ̃cto dissoluendo quo ad thorum: & planum est, ꝙ confessioni cum rumore credit̃, quia soli confessioni credit̃, vt dixi ꝛ. c. prox. soli tamen rumori, vel famæ non, quia illa non facit fidem, vbi agitur de alterius præiudicio. Si agit̃ de ꝺ̃cto dissoluendo quo ad vinculum, aut vterq; stat ꝺ̃ matrimonium: & non credo, quod famæ, & etiam confessioni credatur, quia confessio ibi ad nihil est, & sola fama non est potens ad dissoluendum, cum agit̃ de graui pręiudicio, per ea, quæ dixi de testib. c. veniens. Si vterque stat pro matrimonio, tunc credit̃ famæ, & iuramentis eorum, & maximè si ad hoc concurrat attestatio parentum, vt est text. in d. c. si duo. 35. q. 6. Si autem alter stat pro matrimonio, & alter ꝺ̃. si stans ꝺ̃ confitet̃, confessio per se pro nihilo est: & tunc fama etiam concurrens nihil operat̃. Si stans pro matrimonio confitet̃, hic est dubium. Aut concurrit solus rumor cũ confessione, & hic non sufficit, vt dicit hic glo. An autem illi credat̃, relinquo arbitrio iudicis, vt dixi ꝛ. in ꝓximo membro de sola confessione. Si est rumor, vel fama cum confessione: dico, ꝙ si confitens allegat suam turpitudinem, ei non credit̃, etiam cum sola fama. Sic intelligo, quod scribit Arch. in d. c. si duo. Si confitens nullam allegat turpitudinem: & tunc aut alle gat impedimentum consanguinitatis. Et dicit hic Abb. ꝙ licet olim forte sufficeret fama cum confessione, quia non poterat propter dilationem impedimenti aliter constare, non credit, ꝙ hodie illa sufficiat, nisi aliud interueniat: & credo, ꝙ tũc stãdum esset illi. de testi. c. licet ex quadam. hodie quo ad necessitandum iudicem, quo autem ad concludendam probationem arbitrariam ad arbitrium iudicantis ad credendũ sibi sufficit solum confessio, & fama, vt no. ꝛ. in d. c. attestationes. Si agitur de probando impedimento alterius ex copula affinitatis surgẽte, ita ꝙ agit̃ de ꝓbanda copula, credo ꝙ cõfessio sola non sufficit ad informandum verũ iudicem, sed eius arbitrio relinquo, vt dicit Io. And. in d. c. attestationes. Sed probatio necessitatis esset, si probaretur secundum formam c. præterea. de testib. vt quia famam, & confessionem iuuarent alia adminicula.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.*
2 *Ad matrimonium concludendum verba sunt de esse matrimonij.*
3 *Matrimonium primum, etiam sine copula, prævalet secundo cum copula, maximè quando secundo obuiat publica honestas.*
4 *Metu gestum potest tacitè approbari.*
5 *Affinitatis, seu publicæ honestatis impedimentum oritur ex copula fornicaria, seu adulterina.* 10.
6 *Adulterium committitur ex iniuria illata soli vinculo matrimonij, etiam ante copulam.*
7 *Adulterium, & eius pœna non cadit in inuitum.* 9.
8 *Opiniones summorum Pontificum non sunt semper sequendæ.*
11 *Contractus legitimè factus a principio, irritatur si deueniat ad casum, a quo non potuit habere principium.*

CAP. VI.

1 DIscretionem. ¶†Affinitas superueniens nõ dissoluit sponsalia de præsenti. h. d. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, nos igit̃. Et in prima dicit mulierem ad continentiam inducendam. Secunda ibi, quod si. di cit, quid iuris, si ad hoc induci non potest. Tertiò soluit tria obstacula. Primum ibi, cum adulterium. Secundum ibi, sed nec affinitas. Tertium ibi, quamquam. ¶Nota j. argu. pro opin. ꝙ
2 †verba sunt de esse †matrimonij, & debent esse talia, ꝙ conclu
3 dant consensum de præsenti. ¶Nota ij. ꝙ † primum matrimonium sine copula prævalet secundo etiam cum copula, maximè quando secundo obuiat publica honestas. ¶Nota iij. cautelã contrahentis, ne videatur † confiteri, & approbare actum meticulosè gestum, vt quam citò reddatur libertati, discedat.
4 ¶Nota iiij. practicam libelli in possessorio, & non esse hic apertum, ꝙ ad agendum possessorio sufficit concludere matrimonium de præsenti absque copula, de quo de restitu. spolia. c. ex
5 parte M. ¶Nota v. ꝙ † impedimentum publicæ honestatis, oritur etiam ex copula fornicaria, seu adulterina: & etiam est tũc impedimentum affinitatis. Et nota, ꝙ tale impedimentum ex honestate coniugij impedit copulæ exactionem. ¶Nota vi. ꝙ
6 adulterium † committitur ex iniuria illata soli vinculo matrimonij, etiam ante copulam interuenientem respectu vinculi,
7 cui iniuria infertur. ¶Nota vij. ꝙ † adulterium, & pœna adulterij non cadit in inuitum, maximè a marito traditum, quando agitur de pœna ad commodum coniugis applicanda. ¶Nota viij. ꝙ regulariter non est matrimonium dissoluendum præter causam fornicationis, quia ex causa fornicationis potest dissolui. Quod est verum, nisi contra illud ius agendi ad dissoluendum competat aliqua exceptio: & sic ius actionem permittit semper recipit limitationem, nisi aliqua exceptio contra agentem competat. ¶Nota regulam, ꝙ sine culpa quis non est iure suo priuandus. ¶Nota, ꝙ affinitas superueniens nõ soluit matrimonium ante contractum. ¶No. ex fi. decre. ꝙ si illi præcessores sic iudicauerunt contra matrimoniũ, quia potest Papa statuere quicquid libet, & dispensare contra matrimonium ante copulam subsecutam. De quo de conuer. coniug. c. ex pu
8 blico. Et no. ꝙ non † semper sunt sequendæ opiniones summorum Pontificum. Ad hoc de spon. duo. c. fi. de sacra vnc. c. i. de
9 deci. c. pastoralis. §. j. ¶Obst. j. quia videtur, ꝙ † licet vir dederit causam adulterandi vxori, ꝙ non excusetur mulier. 27. q. 2. c. Agathosa. & c. si tu abstines. Gl. allegat pro, & cõtra. Dic, si vir est occasio delicti mulieris, non imputabitur mulieri inuita, vt hic. Si est cã adulterij mulieris nõ inuitæ: & tũc excusata est quo ad virum, vt ꝺ̃ eum posset replicare: quo ad Deum autẽ, ex quo non compellitur, non est excusata, vt in contrario. Secundò videtur, ꝙ sola publica honestas non contrahitur ex copula cum secunda, quia illa oritur ex sponsalibus. de despons. impub. c. fin. Sol. Dic, ꝙ propter publicam honestatem, &c. i. propter affinitatem, quę surrexit ex copula tam iniqua. Tertiò videtur, ꝙ mandatum viri non excusat, quia in talibus, quæ nõ possunt absque peccato mortali fieri, mandatum non obligat. 32. q. 5. ita ne. Solu. Dicit glo. ꝙ præsertim, hic stat pro tantum: & est sensus literæ, ꝙ siue mandatum præcesserit, siue nõ, ex quo traditur inuita, excusatur. sic dicit glo. Tu dic, vt dixi in j. glo. ꝛ.
10 Quartò videtur, ꝙ † affinitas non contrahatur ex fornicario coitu. ff. de grad. l. non facile. §. sciendũ. Sol. Dicit gl. ꝙ illa non obstat, & nihil aliud dicit: soluit, sicut soluunt pueri. Tex. dicit ꝙ affinitas est quædam proximitas ex nuptijs proueniens. Dic ꝙ ille non negat quin contrahantur sponsalia. Io. An. remittit ad arborem affinitatis. Dic, ꝙ de iure ciuili affinitas non oritur ex copula fornicaria, sed de iure canonico sic: puto tamen, ꝙ quo ad pœnam ciuilem non sit incestus, si quis cognoscat duas sorores fornicario coitu. ¶Quintò obstat, quia legitimè facta
11 irritatur, † si deueniat ad casum, a quo non potuit habere principium. ff. de iudi. l. si auiæ. Sol. Io. And. remittit ad regulam, ja ctum. Dic, ꝙ illud verum, quando actus est in fieri. Si enim est in perfecto esse, non tollitur, nisi causa etiam sit potens ad tollendum. Alia vide per te.

SVMMARIVM.

1 *Honestas publica ex quibus consurgat.*
2 *Copulæ attentatus cum septenni, vel proxima septennio, inducit publicæ honestatis iustitiam.* 4.
3 *Affinitas an inducatur ex copula carnali extraordinaria.*

CAP. VII.

1 FRaternitati tuæ. ¶††Publica honestas surgit ex sponsalibus cum solo copulæ attentatu, etiam cum inhabili ad sponsalia. h. d. Intelligendo, ꝙ hæc decre. loquatur de sponsalibus de futuro. Et sic ipsa declarat, & extendit inceptum, quem posui in decre. iuuenis. ꝛ. de spons. ¶Nota primo, ꝙ publica honestas creat impedimentum etiam habile ad dis
2 soluendum. ¶Nota secundo, ꝙ † attentatus cum septenni, vel proxima septennio, & nondum completo septennio, inducit publicæ honestatis iustitiam, si cum hoc concurrant sponsalia. ¶A contrario sensu nota, quòd sola sponsalia in septennio ante ipsum completum, & solus tentatus non inducit publicæ
3 honestatis iustitiam. ¶Oppo. † quòd decre. non facit ad titulum, quia hic agitur de impedimento affinitatis, & non publicæ honestatis. Solu. Potest intelligi, quòd loquatur de extraordinaria pollutione extra naturalia: & hoc non facit ad titulum, quia hic non agitur de impedimẽto tam affinitatis, quàm publicę honestatis: sed si poneretur hic de extraordinaria pollutione, de ea, quę fit in naturalibus, tamen extraordinarium tempus, & inconsuetum pubertatis faceret ad titulum: concludens, quòd extraordinaria pollutio extra clausta non inducit affinitatem, nec consummat matrimonium. Idem videtur, si non detur vtriusque seminis commistio: & alia quędam valde turpia hic prosequitur non fanda, quę omitto, videas
4 per te. ¶††Opp. secũdo. 35. q. 2. c. extraordinaria. quod pollutio extraordi-

extraordinaria noninducit publicam honestatem. Sol. prium loquit de pollutione extraordinara cum tentatu absq; colore matrimonij, vt sponsaliū: hic sub colore matrimonij, vel sponsalium, vt hic, & ſ. c. iuuenis, de spon. quæ est soror huius decr. Illa de matrimonio, hæc de spōsalibus. Et si intelligeres, q̄ hæc compleuisset septennium, non esset dubium, q̄ sola sponsalia absque alio tentatu crearent publicam honestatem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens rumpit sponsalia de futuro.*
2 *Affinitas contrahitur ex contractu sponsalium.*
3 *Crimen quasi incestus contrahitur, si pendente contractu sponsalium cognita sit consanguinea sponsæ.*
4 *Sponsalia de præsenti non soluuntur per affinitatem superuenientem.*
5 *Matrimonium non contrahit iuncstuosus, nisi secum dispensetur.*
6 *Pro incestu qualis pœnitentia imponatur.*

CAP. VIII.

1 EX literis. ¶† Affinitas superueniens rumpit sponsalia de futuro. h. d. Primò ponitur consultatio. Secundò responsio. Secūda ibi, nos autem. ¶ No. j. q̄ carnalis copula cum consanguinea sponsę soluit sponsalia de futuro, & impedit matrimonium cū ea. ¶ No. ij. q̄ crimen incestus priuat quem facultate contrahē di matrimonium: & hoc de iure, etiam dato, q̄ de lapsu continentiæ teneatur, nisi dispensetur. ¶ No. iij. q̄ ex contractu sponsalium † qualisqualis contrahitur affinitas, ex qua interuenien te copula cum consanguinea sponsę † crimen contrahitur qua incestus. Ad hoc, ſ. c. proxi. & melius 2. ¶ Oppo. primò, q̄
4 non † sit separandus a puella. ſ. c. prox. Solu. Intellige, quando contrahitur cum inhabili ætate per verba de præsenti, nec fuerunt sponsalia ratificata ætate legitima superueniente antequàm matrem cognouisset: aliàs si hoc esset ratificatum, esset matrimonium, & postea copula cum matre subsequens non solueret sponsalia. ¶ Oppo. secundò, quòd † contrahere possit mulier incestuosa, de cuius incontinentia timetur. 33. q. 2. c. in adolescentia. Solu. potest, si dispensetur, aliàs non. ¶ Quæro, qualis pœnitentia debet imponi pro incestu? Dic, q̄ † maior, q̄ pro adulterio, quia maius est peccatum. 32. q. 7. adulterij. supra cod. c 2. &c.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia possunt firmari obligatione fideiussoria, & quid de pignore. nume. 6. & 8.*
2 *Sponsalia quibus verbis contrahantur.*
3 *Conuersatio puellæ cum masculo non est tuta.*
4 *Pœnitentialis forus non se habet præcisè, sed monitiuè ad peccatum.*
5 *Copulam habens cum duabus sororibus debet ab vtraque abstinere.* 11.
6 *Fideiussor ad quid teneatur, vbi principalis tenetur ad factum.*
7 *Stipulatio vbi concernit alienum factum, ad quæ obligetur stipulans?*
8 *Forus pœnitentiæ, & animæ non procedunt a pari.*
10 *Infantia vsque ad quod tempus duret, & an infans obligetur ex delicto.*
12 *Debitum si vxor petat a viro, an id reddere debet, vbi commisit ille incestus crimen.*

CAP. IX.

1 VEniens. Idem quo ad titulum dicit cum proxima. Primò narrat factum. Secundò respondet. Tertia ibi, cum igitur. ¶ Nota primo, q̄ sponsalia † possunt firmari obligatione fideiussoria. An autem etiam pignore, dixi de spon. c. Gemma. ¶ Nota ij.
2 q̄ hæc † verba, Promitto me ductum in vxorem, sponsalia
3 contrahuntur. ¶ Nota iij. q̄ † non est tuta conuersatio puellę cum masculo. ¶ Nota iiij. q̄ non solum a malo, sed etiam a specie mali abstinendum est. ¶ Nota v. q̄ † forus pœnitentialis
5 non habet se præcisè, sed monitiuè ad peccatum. ¶ Nota vj. q̄ habens copulam † cum duabus sororibus, debet ab vtraque
6 abstinere. ¶ Obstat primò, q̄ non † valet hęc fideiussoris datio. de spon. c. Gemma. Sol. Intellige, quòd non fuit data, nisi pro firmitate simplicis contractus, & non pro pœna: aliàs non
7 valeret, vt in contrario. Et si dicatur, ad quod tenetur fideiussor † Dic, q̄ ad interesse, nec in aliud tenetur, licet principalis
8 teneatur ad factum. ff. de fideiuss. l. si stipulatus es opus. ¶ Secundo obstat, quia † non videtur obligari promittens in matrimonio, q̄ filius contraheret, quia factum alienum, &c. & sic
9 non valet obligatio. ff. de verbo. obligat. l. stipulatio ista. Solu. Valet in matrimonio, quia videtur promittere factum se, & curaturum, vt dixi in c. Gemma. ¶ †† Tertiò obstat sententię, quia videtur, q̄ debeant separari. ſ. c. prox. Solu. In iudicio ecclesię si constat, separandi sunt, ex quo primo cognouerit consanguineam sponsę, postea sponsam, vt ibi. In foro pœnitentię secus, quod hic. Et sic patet, q̄ forus pœnitentię, & forus animę non procedit a pari. ¶ †† Quero, vsque ad quod tempus dicatur infantia? Dicit glo. q̄ ante septennium. C. de iure delib. l. si infanti. Et tales non obligantur iuramento. 22. q. 5. c. paruuli. Et furtum non cadit in tales. ff. de fur. l. impuberem. Post infantiā sic, si sit doli capax. de delic. pue. c. pueris. Potest etiam hic sumi pro ętate puerili post septimum annum: & sic sumi vi
11 detur hic. ¶ †† Quæro, an aliquam istarum potest habere? Dic, q̄ non: nam non sponsam, propter affinitatem: nec sororem, pro
12 pter publicam honestatem. ſ. eo. ca. fraternitati. † Quid si ipso non confitente præcipitur q̄ reddat debitum vxori? Dic, q̄ sequi debet consc ientiam, & non reddere: & potius pati excommunicationem, ex quo scit impedimentum. de sententia excō mun. c. inquisitioni. Et sic prælatus in publico præcipit vt reddat: in priuato autem præcipit vt non reddat.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens, quid operetur.*
2 *Matrimonij effectum non tollit affinitas superueniens.*
3 *Dispensari potest cum viro incestuoso, vbi timetur de continentia viri, propter incestum ab eo commissum.*
4 *Affinitas, & publica honestas, vbi sunt idem, in quo possunt differre.*

CAP. X.

1 IVę fraternitati. ¶ †† Affinitas superueniēs non dissoluit mr̄imoniū. hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, nos igitur. ¶ No. primò, quod ex copula fornicaria surgit impedimētum publicę honestatis, quod habet impedire copulam cum vxore, cognita vxoris cōsanguinea. ¶ Nota secundò, q̄ ex copula cū ꝑsanguinea non soluitur matrimoniū: sed tollitur effectus matrimonij quo ad executionem debiti cū mulie re, vt maritus exigere nō possit, nec mulier exigere debeat: nō
2 tamen inuita hac potestate priuatur. ¶ † Nota tertiò, q̄ affinitas contracta post matrimonium nō tollit effectum matrimo-
3 nij in non culpabili. ¶ †† Obstat primo, q̄ etiam dato q̄ non timeatur mulieris incontinētia, non debet priuari exactione de biti. ſ. eo. discretionem. Solutio. Subaudi maximè: vel referas ad virum, vt si timeatur de continentia viri, possit etiam cum viro dispēsari, vt no. ſ. ca. transmissę. ¶ †† Obstat secundo, q̄ hęc
4 non sit publica honestas, quia illa oritur ex sponsalibus, nō ex copula, sed bene affinitas, vt de despon. impub. c. fi. Solu. Dic q̄ publica honestas idem est, quod affinitas: & tamen est differentia inter sponsalia, & affinitatem: quia publica honestas ex sponsalibus etiam sequentibus non soluit pcedentia spōsalia: sed affinitas subsequēs sic. Alia sunt clara.

CAP. XI.

1 KOrdanę. Summatum est supra, c. prox. In prima parte ponitur mulieris petitio. In secunda cauię commissio. Secunda ibi, ea propter. ¶ Nota primo, quod sponsalia de futuro per carnis copula tranſeunt in matrimonium de præsenti. Ad hoc, ſ. de spon. is, qui. ¶ Nota secundo, q̄ quando concurrunt sponsalia de futuro in minori ętate ad matrimonium, & actualis copula cum proximitate ętatis, inducitur matrimonium. Vide quod scripli de despōſ. impub. c. 2. & fi. ¶ Nota tertio, quod affinitas superueniens post matrimonium verum, aut præsumptum cō tractum, non soluit matrimonium, nec effectum matrimonij in non culpabilem, & inuitam. In culpabilem autem tollit effectum matrimonij in exactione debiti. Et nota q̄ ecclesia se intromittit non solum de substantia vinculi inter cōiuges & de consuetudine, sed etiam de copula: quia compellit coniugem censura ecclesiastica ad debitum reddendum. Et nota casum, in quo cōtractus matrimonij claudicat quo ad effectum: quia alteri coniugum tollitur facultas exigendi debitum: alteri nō. sic ꝛ. o. q. j. de eo. Quandoque ſuſpenditur, ſ. de secun. nupt. dominus noster. ¶ Obstat primo, & videtur q̄ non fuit matrimonium inter Iordanam, & Ioannem. Et sic non haber locum vt compellatur, scilicet vir reddere debitum. Nam mulier in anno decimo non est capax matrimonij. de desponsa. impub. c. 2. Sol. dicit glo. quod illud est verum, nisi malitia suppleat ętatem: quod apparet de ipsa actuali copula. de desponsa. impub. c. à nobis. & c. fi. Et hoc tenent Doctores, etiam si multum distat ab ætate habili, si est cognita. Et sic etiam excluſa propinquitate ętatis, si adest actualis copula, firmantur sponsalia: qa ętas vt signum exigitur ad potētiam, & copulę certitudinem. Ea ergo data, frustra quęrimus signum. De quo de desponsa. impub. c. continebatur. Et hoc maximè in muliere, cuius vas semper paratum est. In viro vero non videtur, quod longo tempore ętas pręueniri possit: saluo de eo, quod narrat Greg. in dialogo, de eo, qui nouem annorum impregnauit nutricem suam, vt no. 30. quæst. 2. in summa. Et recitant hic Doct. aliquos, qui ętatem pręuenerunt. ¶ Obst. 2. quia sine vlla culpa, & sine causa quis iure suo priuari non debet, vt lite non contest. ca. quoniam, ſ. si vero. Solu. Dicit glos. quod sine culpa, & sine causa quis non priuatur: sed sine culpa, & cum causa, sic. ¶ Quæro, qualis pęnitentia est iniungenda? Dic, quod maior, quam pro adulterio: quia istud delictum vincit adulte-

rium.32.q.7.adulterij. Ad hoc ꝫ.eo.c.2. ¶Quero, quãdo quis dicatur exactus, vt debitum reddere teneatur? Dic, quando verbo, vel signo, quia ex signis loquimur. de sponsa. c.cum apud. Item si præintelligitur futurum lapsum ex eius complexione, fortè est melius præuenire, vt C. quando liceat se sine iud. l.fi. Exigere autem censetur vir exigendo, & prouocando, vt vxor exigat. Et est casus, in quo quis peccat mortaliter cognoscẽdo vxorem, etiam naturaliter, aliàs non. 13. dist. nerui. Nec credũt Doct. q licet vxor intelligat virum non posse continere, quin cadat in lapsum cum alia, quod licitè petat, & illum inuitet, quia non debet committere minus malum, vt euitet peius malum. 64. distinct. quod ait. & 22.q.2.ne quis. Dic tamen, q ratio nabiliter faceret domina, si eo tempore vteretur iure exigendi. Et sic inuitatus vteretur, eo q per se non potest petere, vt C. de temp. in integ. restit. l. petendæ. de elect. c. cum Vintonien. Per quam decre. nota, q ex quo iste recipitur ad coitum, de cætero indifferenter sit admittendus. Sed ibi admittitur vt eligat iure proprio, non exclusus perpetuo: hic non admittitur nisi a iure, quod habet mulier in eo, secundum Vincen. &c.

De consanguinitate, & affinitate. Rubrica.

¶Viso de cognatione spirituali, & legali, de carnali erat videndum, quæ in consanguinitate, & affinitate consistit, ideo &c. secundum Damas. Vel quia incestus committitur in proprijs consanguineis, vel vxoris iam cognitæ, ideo &c. Materia habetur 35. causa, per totum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum inter affines primi generis, & quarti gradus, separatur. nu.14.*
2 *Matrimonio quis, & quando se possit opponere.*
3 *Testis, & accusator idem potest esse in causa matrimoniali, vbi agitur de matrimonio impediendo, vel tollendo.*
4 *De causa matrimoniali cognoscere potest archipresbyter.11.*
5 *Matrimonium hodie vsque ad quartum gradum prohibetur.14.*
6 *Testium depositiones coram iudice incompetenti receptæ non proficiunt coram competenti, & sunt iterandæ. nu.10.*
7 *Testes in causa matrimonij debent esse circunspecti, & omni exceptione maiores.*
8 *Ad matrimonij causam discernendam, qui sunt habiles ratione potestatis, debent scire canones. nu.13.*
Episcopos etiam theologos oportet scire canones.
9 *Sententia vbi decisiuè est lata super aliqua causa, non debet ex nouiter repetitis impugnari.*
10 *Testes publicatis attestationibus possunt in causa matrimoniali pluries produci.*
12 *Delegabilis est causa matrimonialis.*
13 *Delegatis duobus, videlicet Theologo puro, vel Canonista puro, vt alter ipsorum cognoscat de causa matrimonij, præfertur Canonista.*
Electo puro Theologo, vel Canonista, præfertur Canonista.

CAP. I.

EX literis. ¶†Separatur matrimonium cõtractum inter affines primi generis, & quarti gradus. h.d. Sunt tres partes. In prima casus narratio. In secunda responsio. Secunda ibi, quo circa. In tertia iudicum instructio ibi, cæterum. ¶No.j. q ex subarratione cũ copula concluditur matrimonium. Vide quod plenè scripsi de despons. impub. c.fi. ¶No.ij. q sicut in principio contractus
2 potest† quilibet de populo se opponere, ita & ad probationem contractus matrimonij clandestini. ¶No.iij. q non est prohibita iteratio sacramenti matrimonij: vnde qui semel contraxit
3 cum vna, iteratò potest contrahere. ¶No.iiij. q † in causa matrimoniali vbi agitur de impediendo matrimonio, vel tollendo,
4 idẽ potest esse accusator, & testis. ¶†No.v. q archipresbyter, & sic inferior episcopo, potest cognoscere de causa matrimoniali. Quomodo hoc sit, videbis infra. Simile de archidiacono, in c.literas. de resti. spol. ¶No.vj. q olim† prohibitio matrimonialis se extẽdebat ad quintum gradum affinitatis, & ad primum genus: hodie ad quartum. q hoc innuit litera infra.
6 ¶No.vj. q depositiones †testium receptæ coram iudice incõpetente non proficiunt, si quæstio agitetur coram competẽte: vnde iterandæ sunt depositiones, & iuramenta. Et no. q iuramenta præstanda sunt coram iudice. ¶No.viij. etiam, quales
7 debent esse testes† in causa matrimoniali, quia debent esse circunspecti, & omni exceptione maiores. ¶No.ix. qui sunt habi
8 les ad† decernendum de causa matrimoniali. s. habentes potestatem, & canonum scientiam: & sic patet, q episcopus debet scire canones: non sufficit ergo, q sciat theologiam. Vide Doct. de æta. & qualita. c. cum te. ¶Nota q statutum in vno ex correlatiuis, extenditur ad reliquum. In hac decre. sunt plura
9 examini subijcienda. Primò obstat decre. quia † hic pluries videtur reuocatum in dubium super eadem causa matrimoniali, contra illud, quia ex quo causa semel est decisa, non debet ex nouiter repertis impugnari. de re iudic. causam, quæ inter vos. Solu. Speciale in causa matrimoniali, quæ non transit in rem iudicatam. c. lator. & c. consanguinei, de re iudi. Intellige, non transit quo ad iudicem, sed bene transit quo ad partes, nisi superueniant nouæ probationes. Ad hoc de sponsa. sicut de purga. cano. cum dilecto. secundum Innoc. ¶Obst. secundo,
10 quia† pluries testes repetuntur in eadem causa. c. fraternitatis de testib. Dic speciale in matrimonio, vt testes pluries, etiam post publicatas attestationes producãtur, quia causa est, quia nullus terminus obstat ex rigore iuris introductus veritati inueniendæ in causa matrimoniali, siue sententiæ, vt in primo contrario, siue ante publicationem, siue etiam post, vt hic. Ad hoc c. series. de testib. & cum hic testes producuntur contra matrimonium, patet euidenter ex glo. q opi. Io. And. detesti. c. series. quæ habet, q post publicatas attestationes in causa matrimoniali liceat testes producere publicatis attestationibus, demum attestante pro matrimonio, & non attestante contra, alia est opin. Placen. Vel secundò secundum gl. vbi primò testes producuntur vt testes, publicatis attestationibus non licet producere testes regulariter, vt in contrario: sed vbi deponentes primò non sunt simplices testes, sed sunt accusatores, & testes: & habet locum, quod hic dicitur, quia possunt produci alij testes non obstantibus attestationibus. Cõclude ambas simul, si sunt publicata dicta accusatorum, qui sunt testes, non impediuntur alij produci vt testes, si sunt publicata dicta testium vt testium simpliciter: & regulariter produci non possunt testes super eisdem. Fallit in causa matrimoniali, quæ vt respiciens materiam peccati tractatur secundum regulas naturales, reiectis regulis iuris positiui. Vnde dicit hic Hostien. q index in causa tali debet solum seruare illa, quæ sunt de ordine iudiciario, secundum naturalem æquitatem. Ideo debet citare partes & coram eis facere testes iurare, & præfigere terminum volentibus accusare, vel defendere. de clandest. despons. c. cum inhibitio. qui ma. accus. poss. c. cum in tua. Et legitimas exceptiones admittere. de offic. deleg. c. ex parte. el secondo. qui fil. sint legi. c. prælatum. Alij autem ordines plus in rigore, quàm in æquitate seruandi sunt. Ideo non est necesse, q sententia feratur in scriptis. de quo dic, vt ꝫ. de testib. c. Albericus. & vide, q ibi scripsi. & c. fraternitatis. eod. tit. ¶Fallit secundò, quando non sunt proprij testes, vel sunt recepti coram incompetenti
11 iudice, vt hic. ¶Obst. tertiò, † quia cognitio causæ matrimonialis ad solum episcopum spectare debet, vt patet de excell. præla. c. accedentibus. Sol. de potestate ordinaria, & a iure data, solum cognoscit episcopus, vt ibi. Sed ex potestate delegata, aut ex consuetudine data cognoscit inferior, vt hic. ¶No.j.
12 circa hoc, q † causa matrimonialis est delegabilis, & ab ordinario. Hoc dicit etiam gl. in duobus locis, scilicet in verbo, coã, & in verbo, potestatem. Item ex consuetudine inferior cognoscit. De quo dic, vt in c. literas. de restitu. spolia. Dic ergo, q hoc habet consuetudo, illam serua: si non, episcopus ex dispositione inris habet cognitionem talium causarum, nisi ex priuilegio aliud concessum sit, vt no. in d.c. literas. & no. in d.c. accedentibus. Et ad hoc optimè tex. ibi in fi. Et dicit hic Hollig abbas habens episcopalem iurisdictionem, & potestatem, vt abbas Casinen. potest hanc causam delegare, & de ea cognoscere. Et dicitur hoc fuisse in facto. Et si vis omnia clarè adactum literæ nostræ habere, tunc veritas est, q hic non valeat cessus archipresbyteri. Ideo non probatur hic, & hoc vult Papa iuxta finem, vbi declarauit, q non omnes possiunt de causa matrimoniali cognoscere. Per hoc infertur, an arbiter possit cognoscere de hac causa? Et concludit glo. per prædicta, q non. Et assignat duplicem causam. Primo, quia sententiæ arbitri statur metu pœnæ: & pœna non potest proportionari causæ matrimoniali, vt supra de sponsal. c. Gemma. ergo nec arbitrium. Secundo, quia actus non regulatur a consensu, sed a
Deo, vel eius locum tenente: ideo partes in tali vinculo non possunt tribuere aliquam potestatem. Expressum est de tra-
13 ctat. c. vlt. de restit. in integ. c. penul. †Ex hoc apparet, quæ exigitur substantialiter in cognoscẽte: exigitur etiam, q habeat cognitionem causarum, & sit peritus in iure canonico. Per quod cõcludit hic Hosti. q sola theologia non possit regi clerus. Et propter hoc dicit, q si eligatur solus purus Theologus, & purus Canonista ad considerãdam ecclesiæ qualitatem. & si ecclesia consistit in causarum ventilatione, & iurisdictione, præferendus est Canonista: si in spiritualitate, vt quia habet hæreticos subiectos, vel conuicinos, præferendus est Theologus & dic mistum præferendum. Alleg. de cleri. non residen. c. ex parte. de elect. c. officij. Et quædam alia hic prosequitur, quæ solum

solum sunt pro charta replenda, & nullius effectus. ¶† Obstat quartò decr. quia hic videtur litera contradicere, scilicet ꝙ prohibitio se extenderet ad quartum gradum, aliàs ꝙ ad quintum. Dic, ꝙ hic est sensus literæ. Primò producebantur testes contra matrimonium: & hi, qui accusatores fuerunt, deponebant de quarto gradu, & vnus de auditu, & alter noluit iurare: vnde nihil probant. Postea adhuc quæstio exorta est, & duo de posuerunt contra, ꝙ solum inter maritum antiquum, & nouum erat consanguinitas in quinto gradu. Tertiò causa deducta ad Papam voluit, ꝙ testes examinarentur: & si probaretur, consanguinitatem fore in quarto gradu, separarentē. Vnde loquitur necessariò decr. secundum iura hodierna, secundum quæ impedimentum consanguinitatis, & affinitatis se extendit ad quartum gradum, vt in c. non debet. vt patet supra. ¶ Obstat quintò publicationi hic factæ, seu nouo contractui, quia non erat necessarium. Nam potuerunt illud, quod contraxerunt, publicare, & stabitur propriæ confessioni. Docto. fatentur de clandest. desponsa. quod nobis. Duplex ergo est remedium. Vnum est, de quo hic. Aliud, de quo ibi. Alia sunt clara, &c.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens soluit sponsalia de futuro.*
2 *Ex sponsalibus de futuro creatur ius agendi contra sponsum, vt cogatur contractum, quem promisit, perficere.*
3 *Probationis duplex est species, & gradus.*
4 *Probatio quæ transiuit in manifestum, est sufficiens ad matrimonium impediendum.*
5 *Probationem sufficientem inducit manifestum, quod pro notorio sumitur.*
6 *Fama super consanguinitate est sufficiens ad soluendum sponsalia.*

CAP. II.

1 VPer eo. ¶† Affinitas superueniens, de qua constat saltem per famam, soluit sponsalia de futuro. h.d. Communis diuisio. Secunda ibi, Inquisitioni. ¶ Nota primò, quòd sponsalia de futuro quandoque firmātur fidei interpositione, quandoque iuramento. ¶ Nota secundò, quòd † ex sponsalibus de futuro creatur ius agendi contra sponsum, vt cogatur contractum, quem promisit, perficere. ¶ Nota tertiò, quòd affinitas superueniens ex copula quantumcunque fornicaria, soluit sponsalia de futuro. ¶ Nota † quartò duplicem speciem, & gradum probationis. Quidam gradus semiplenus, qui vocatur fama, & quidam plenus, qui vocatur manifestum. Et sic patet, quòd inter famam, & manifestum, est differentia. quæ autem differentia sit, vide quod scripsi de cohab. cler. & mulier. in c. vestra. ¶ Nota quintò, quòd † probatio, quæ transit in manifestum, aut famam, est sufficiens ad matrimonium impediendum. Et sic in his, quæ leuis sunt præiudicij probatio semiplena, vt famæ obtinet instar plenæ probationis. vide quod scripsi in cap. veniens. de testib. ¶ Obstat primò, quia ex his sponsalibus non videtur aliquod ius creatum agendi, quia nulla defectu ætatis. de desponsat. impub. per totum. Sol. Intellige, quod hæc fortè erat inhabilis ad matrimonium, erat tamen habilis ad sponsalia. Vel si vis tenere, quod esset inhabilis ad vtrunque, dic ꝙ sponsalia valent, quia postea fuerunt ratificata. ¶ Obstat secundò, & videtur, ꝙ † manifestum non inducat sufficientem probationem. 2. q. j. de manifesta. Sol. Dic, ꝙ manifestum hic sumitur pro notorio. Aduerte, quia hoc non est necessarium hic, quia solum manifestum sufficit, quia etiam fama, quod est minus, quàm manifestum. ¶ Obstat tertiò, quia non creditur † famæ ad separandum matrimonium, vt patet de spon. præterea. Sol. Famæ creditur ad impediendum matrimonium: & etiam dicto vnius creditur, vbi sponsalia non sunt iurata. de testibus. super eo. §. j. Si sunt iurata, credatur famæ, vt hic no. de testib. vt in contrario. Et hoc habet plus fama, quàm vnius testis: quod nota, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dispensetur cum vno, quòd possit contrahere in quarto gradu, oportet, ꝙ vterque distet in quarto gradu. nu. 5.*
2 *Ingradibus computandis lineæ inter se transuersales sunt directæ in respectu ad stipitem. nu. 13.*
3 *Alius vbi quis distat certo gradu, potest intelligi dupliciter. nu. 13.*
4 *Dispensare potest legatus sedis apostolicæ in gradibus consanguinitatis lege canonica, & positiua prohibitis.*
5 *Priuilegium contra ius continens dispensationem, strictè est intelligendum, & nu. 9.*
6 *Interpretari an liceat consuetudini priuilegium.*
7 *Consuetudo ligat incolas, & nihil operatur circa matrimonium. nu. 10.*
8 *Dispensatio contra ius in causa matrimoniali est solius Papæ.*
9 *Lege abrogata potest quis vti, quando ius non est correctum in substantia, sed in sola positione exempli.*
10 *Stipes quid sit.*

CAP. III.

1 QVod dilectio. ¶† Si dispēsatur cum vno, ꝙ possit ꝯhere in quarto gradu, oportet ꝙ vterq; distet quarto gradu, maxime si consuetudo approbet: alʒ sumatur sine dictione, maxime. h.d. Primo ponit casum. Scdo allegat pro, & ꝯ ibi, ꝙ vr. 2 Tertio rndet ibi, nos itaq;. ¶† No. j. ꝙ lineę inter se transuersales in gradibus computandis in respectu ad stipitem sunt directæ. ¶† No. 2. ꝙ quem distare certo gradu, pōt intelligi dupliciter. Vno modo respectu ad se, de quorum agitur coniunctione Scdo modo respectu ad stipitem, & ad se. ¶† No. 3. ar. ꝙ legatus apostolicę sedis pt dispensare in gradibus cōsanguinitatis lege canonica prohibitis, & positiua. ¶† No. 4. ꝙ priuilegium ꝯ ius cōtinens dispensationē, intelligendū est, vt minus, quàm pōt, iuri deroget. Et ideo priuilegium, ꝙ in quarto gradu ꝯhere posit, intelligitur non de quarto gradu in solo respectu ad ꝯhentes, sed ēt in respectu ad stipitem, vt in qualibet, & in se distat quarto gradu, & ēt in respectu ad stipitē. Et sic nota quod priuilegium iuri obuians non recipit interpretationem iuris ſm nām materię, si strictius, quàm ius, dat materię interpretari, patet: nam in mā matrimoniali intelligit gradus quotitas, prout ꝯhentes distant inter se, nō in primo gradu respectu ad stipitem, & tn priuilegium recipit ęqualem distātiam ab vtroque. ¶ No. 5. regulam infallibilem in computatione graduū. Quoto gradu distat remotior à stipite, toto distat à quocunq; 6 alterius lineę. ¶† No. 6. hic casum, ꝙ licet cōsuetudini interpretari priuilegium, & sic circa intellectum priuilegij statur declarationi consuetudinis, sicut & intellectui iuris. ff. de legib. l. si 7 de interpretatione. & de consuetu. c. cum dilectus. † Et nota ꝙ consuetudo ligat incolas, & sic solum inhabitantes: per qđ vr quod non liget extraneos. De quo de consuet. super rub. ¶ No. 7. quod consuetudo pōt suscitare impedimentum à iure originaliter natum ꝯ priuilegium. Et hoc ſm vnum intellectum, ꝙ hoc fuerit solum operata consuetudo. Vide qđ scripsi de cog. spirit. c. super eo. Et tale impedimentum suscitatum impedit, & dirimit. ¶ No. 8. quod de facili consuetudo non est immutāda: quia generaret scandalum. Et no. ꝯ nouitates. Primo hic habemus indulgentiam. Secūdo habemus interpretationē. Tertio consuetudinem. Videamus ergo primo erga indulgentiā: 8 † quia vr quod legatus non potest dare priuilegia, per quæ dispensetur in gradibus à lege positiua & canonica prohibitis: quia dispēsare ꝯ ius soli Papę permissum est, maxime in cā matrimoniali, vt patet ꝯ. eo. quia circa. de transla. c. j. Glo. fatetur: quia hoc priuilegium fuit concessum authoritate, & speciali mandato Papę. Dicit tn Gof. ꝙ licet non posit legatus dare talem gnām indulgētiam, posset tn dispensare spāliter cū vno, vel aliquibus. Gul. tenet ꝯ in Spe. de leg. §. nunc ostendendum. vers. 75. & hoc teneas. Ad hoc. j. eo. qđ super. de præben. c. dilectus. ¶† Ob. 2. erga indulgentiam: quia priuilegium latissimè 9 est interpretandū. de consti. prin. l. fi. de dona. c. cum dilecti. de ver. sig. c. olim. So. Ab alijs est latè interpretandum: sed à Principe pōt interpretari, vt libet, vt hic, & prout ēt interpretaī cōsuetudo, ita vt hic habes. qđ no. ſm Host. & intellige ſm Doct. hanc decre. quod Princeps interpretatus fuit, vt libet, non esset hæc decr. iuris. Ideo dic, quod hoc priuilegiū, qđ est ꝯ legē, strictissime est interpretandum. Contrarium loquitur in beneficio: quod est ſm ius. Et hoc teneas, maxime qñ est multū præiudiciale, & ꝯ ius scriptum, & qñ est odiosum, & qñ ꝯ hanc scripturam comparatur consuetudo, vide quod no. de priuile. ca. 10 dudum. ¶† Venio ad consuetudinem. Primo vr quod consuetudo nihil operatur circa matrimonium, vel inhabilitādo, vel habilitādo personas ad ꝯhendum, vt patet j. c. quod super his. Sol. An habilitando possit: tene quod non, vt j. c. qđ super. In habilitando tunc dic, aut inhabilitat ꝯ ius nouū & antiquū, & nullum hēt iuris concursum, & non pōt, vt dixi de cōsan. & aff. c. super eo. Aut inhabilitat ꝯ ius nouum, & pt, vt d. c. super eo. Aut inhabilitat ꝯ ius nouum, ſm antiquum: & pt, vt d. c. super eo. &c. 1. Aut inhabilitat ꝯ antiquum, & nouum, & hēt cōcursum noui, & valet, vt d. c. super eo. ſm Ho. Aut inhabilitat ꝯ priuilegium, & quia habet iuris concursum: & valet, vt hic. quod nota bene. Res enim de facili, &c. Venio ad tertium de hac interpretatione, siue sit iuris, siue de cōsuetudine, qđ nobis seruiat de vento: quia hodie de iure pt ꝯhi in quarto gradu, vt in c. nō debet. Ergo frustra dubitatur de sexto. Sol. Licēt decr. hodie sit correcta quo ad exemplū, manet tn quo ad ius, & sic operatur. Et qñq; ponuntur exempla antiqua, ne antiquitatem ignore- 11 mus. 7. di. fuerunt. Ideo ſm iura noua sumā. ¶† Nota ergo ꝙ lege abrogata pt quis vti, qñ ius non est correctum in substantia, sed in sola positione exempli. Vide Bart. in l. j. ff. de coniung. cum eman. lib. l. 2. Et vide qđ scripsi ʒ. de consti. in prœ. Grego. ¶ Venio ad quædam declaranda erga terminos facti? Di- 12 citur hic stipes. † Quid est stipes? Dic quod appellatur com-

munis parens, a quo plures descendunt, sicut Isaac fuit stipes Esau, & Iacob. Et stipes non facit gradum. Secundò, quia facit mentionem de duabus lineis descendẽtibus. Quæro, quo hoc fit? Respondeo, si pr̃ habet duos filios descendentes ab vtroq; filiorum, faciunt duas lineas: & istæ lineæ in respectu ad stipitem, dicuntur descendentes: in respectu ad se, dicunt transuersales. Tertiò, an hæc regula sit infallibilis, quod in quoto gradu &c. Dicit gl. q nõ in equali linea: sed bene fallit in inequali linea. Vnde quoto gradu distat quis a stipite, necessariò nõ toto distat a quocunq; alterius lineæ in linea inæquali. Ideo si vis regulam infallibilem, dic quoto distat remotior a stipite: & sic ponit in arbore. Vltimò Io. An. inducit ad hanc quæstionem. In Padua est statutum, q singulis quatuor mensibus fiat consilium de malè ablatis, pro precedẽtibus quatuor mensibus fuit factum vltima die ipsorum: quærebat, an possit fieri extra diẽ sequentis temporis quatuor mensium. Inducebat hãc decre. q non, quia sic fuerat interpretata consuetudo, q consilium a quo filio distaret quatuor mensibus, dempta die: aliàs sequeret, q per iocto menses posset serè retardari, q per illud consilium reformandũ esset. Ad hoc, quod no. in c. in singulis. de statu mo.

SVMMARIVM.

1 *A matrimonio non separantur infideles coniuncti gradu prohibito lege canonica post baptismum, vbi coniunctio fuit facta ante baptismum. nu. 9.*
2 *In matrimonii prohibitione erga gradum consanguinitatis habet se aliter lex diuina, & canonica.*
3 *Non omnis lex canonica imitatur legem diuinam.*
4 *In habilitate personæ ponderanda ad actum gerendum consideratur persona secundum tempus actus gesti.*
5 *Iudæi an subiiciantur ecclesiæ, ex quo ligantur lege Dei, erga sacramentalia. num. 7.*
6 *Non separantur ab homine, quos Deus coniunxit.*
7 *Matrimonium habet locum inter Iudæos.*
8 *Ex legis nouæ submissione gestum antiquum non infringitur.*
9 *Matrimonium contractum a Christianis contra legem canonicam, est separabile.*

CAP. IIII.

1 DE infidelibus. ¶ † Infideles coniuncti gradu prohibito lege canonica tamen post baptismum, non separant a matrimonio. h.d. Communis diuisio. Secunda ibi, Consultationi. ¶ No. j. q † in prohibitione matrimonij erga gradum cõsanguinitatis habet se aliter lex diuina, & aliter lex canonica. Et sic aliqui sunt gradus lege diuina prohibiti, aliqui lege canonica. Item nota, q † nõ omnis lex canonica imitatur legem diuinam, & illi potest addere, vel detrahere. Vide de consti. c. quæ in ecclesiarum. & 6. dist. per totum. Item nota, q in ponderanda † habilitate personæ ad actum gerendum, consideratur persona secundum tempus actus gesti: & sic inhabilitas superueniens post actum gestum in personam non vitiat actum, & sic in actu iam æstimato nõ sunt paria, quid esse tale, vel ex post facto redire ad tale. ¶ No. iij. q † lex Dei ligat Iudæos erga sacramentalia, quæ & Iudæi approbant: & sic videtur, q in hoc debeant ecclesiæ subiici. Et nota, q lex illos ligat, quibus dirigitur. ¶ No. iiij. q † quos Deus coniunxit, &c. ¶ No. v. q † matrimonium est inter Iudæos: & sic videtur, q habeant aliqua sacramenta Iudæi. ¶ No. vj. q † submissione nouæ legis gestum antiquum secundum determinationem suæ legis non infringitur, ex quo est iam in esse productum. ¶ Duo præsupponunt hic examinanda. Primò, q matrimonium sit inter infideles. Secundò, q matrimonium contractum contra legem canonicam a Christianis est separabile. ¶ Ad † primum obstant plura. Primò, q non sit inter eos matrimonium, quia si esset, non separentur: & tamen separantur, dato libello repudij. 33. q. 2. nõ satis. Secundò, quia separantur, altero cõuerso ad fidem Christianam, altero in infidelitate durante. de diuor. c. gaudemus. Tertiò, q contrahant eo proposito, vt dirimantur, ergo &c. s. de cond. appo. c. fi. So. Matrimonium est inter infideles, sed nõ est ratum. Ad illud, quod dicitur, ergo non est matrimonium, quia non esset separabile, quia matrimonium est indiuidua cõiunctio. So. Illud intelligitur de matrimonio rato, non de isto. Et sic respondetur ad primum, & secundum. Dic ad primum, q separatur de facto. ¶ Non obstat tertia ratio, quia contra esse matrimonij est, q matrimonium dissoluatur ex pacto expresso: sed hoc tantum in animo retentum non inficit, vt hic sentire videntur Doct. q idem etiam esset, si esset in pacto appositum, ex quo in matrimonio per eos cõtracto adest legis dispositio, q separari possit pactum inhærens ex dispositione legis, bene potest apponi. Dicunt tamen Doct. q valet matrimoniũ, si contrahat Christianus, & dicat, Contraho tecum secundum ritum Iudæorum, quia illa inutilis additio vitiatur, secundum eos. Sed hoc videtur mihi contra c. fi. s. de cond. appo. Conclu

2 ditur ergo, q inter Iudeos est matrimonium, licet non ratum: & idem est in alio infideli. 33. q. 2. quos Deus. ¶ Obstat secundò, quia ratione tex. videtur, q si Christiani contrahant in gradu lege canonica prohibito, quod non separentur: quia si non sunt prohibiti lege diuina, sunt coniuncti lege diuina: ergo separari non possunt. Sol. dic, q non sunt coniuncti lege diuina infideles, nec a Deo, nec secundum Deum, quia contra ipsius vicarium. Ideo separantur, & hoc facit non vt homo, sed vt Deus, vel eius vicarius, cui suam potestatem dedit. de translat. præl. c. inter corporalia. & no. de diuor. gaudemus. Secus in infidelibus, qui non submittuntur prohibitioni legis canonicæ. de diuor. c. gaudemus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium licitè contrahunt inter se consanguinei mariti cum consanguineis vxoris.*
2 *Affinitas ex copula contracta non egreditur personas copulatas.*
3 *Consuetudo quomodo non potest habilitare aliquos inhabiles etiam ex lege canonica ad contrahendum: & sic consuetudo etiam præscripta non detrahit legi canonicæ, licet dicta consuetudo sit iuuata lege diuina.*

CAP. V.

1 QVod super his. ¶ † Consanguinei mariti cum consanguineis vxoris licitè contrahunt: in gradibus prohibitis tamen q trahi non potest, etiam si hoc habeat consuetudo. h.d. Communis diuisio. Secũdum dictum ibi, ne autem. ¶ No

2 ta j. q † affinitas ex copula, vel matrimonio contracta non egreditur personas copulatas: & sic inter copulatos tantum est prohibitio cum consanguineis copulati, non autem est prohibitio inter consanguineos, & consanguineas copulatorum. Et sic prohibitio est tantum cum illo, quo medio est ad affinitatem deuentum, seu per cuius copulam mulier est effecta de cõsanguinitate. Ergo omnes de sua consanguinitate affinitat marito, non autem affinitat consanguineos consanguineis mariti, ipsa tamen se affinitat omnibus consanguineis mariti. Similiter maritus vxori affinitat omnes de cõsanguinitate suæ vxori, non tamen ipse affinitat consanguineos suos cõsanguineis mulieris. Consanguinei ergo quicũque, & cuiuscunq; gradus copulatorum, exclusis copulatis, adinuicem hincinde legitimè contrahunt: igitur pater, & filius possunt contrahere cum matre, & filia, duo cognati cum duabus cognatis, auunculus

3 & nepos cum duabus sororibus. ¶ No. ij. q † consuetudo non potest habilitare aliquos inhabiles, etiam ex lege canonica, ad contrahendum. Et sic habes casum, in quo consuetudo etiam præscripta, non detrahit legi canonicæ. An autem possit inhabilitare habiles, vidisti s. c. prox. & tangitur plenius. s. de cog. spiri. c. j. & c. super eo. Hic gl. vt plurimum tenduntad declarationem textualem, erga secundam partem præsupponitur verbum vnum, quod cõsuetudo non possit inhabilitare quem ad contractum. ¶ Obst. primò, 32. q. 4. obijciatur. Sol. dicit glo. q secundum tempus, quo prohibitio non erat inducta ad certos gradus consuetudo velut iuri non repugnans, disponens de habilitate contrahendi, valet: sed prout disponit de habilitate inhabilis a canone facti, consuetudo non iuuat, vt hic. ¶ Secundò ad idem obstat, quia consuetudo potest circa inhabilitatẽ, vt patet de cogn. spiri. c. super eo. Soluit glo. q hæc consuetudo habilitans contra legem canonicam nihil potest, vt hic inhabilitans sic, vt ibi. Ratio diuersitatis est, quia prima disponit de habilitate nutrit peccatum: sed non disponens de inhabilitate, secundum Vincen. Vel inhabilitare est onus: & hoc potest consuetudo. Sed habilitare est honor, quod non potest consuetudo. 8. q. j. in scripturis. Hoc non placet Hosti. quia secundum hoc fortior erit cõsuetudo, vbi debet esse debilior. Nam & sic consuetudo lege diuina iuuata non potest vincere canonicam: & per se solam potest vincere diuinam, & canonicam simul coniunctam. Pono, q consuetudo sit in loco, q in quarto gradu matrimonium contrahi possit, huic consonat lex diuina, & solum obuiat canonica: & secundum hoc non valet consuetudo. Pono etiam, q sit consuetudo, q in quinto gradu contrahi non possit, huic repugnat lex canonica, & diuina: & tamen hoc potest consuetudo. Ideo dicit, q consuetudo, quæ non inducit scandalum, & est approbata per Papam, nec laxat nec restringit, vt in contrarijs. Ad hoc vt s. c. prox. in fi. ea approbata, sic eam reprobare censetur, quando scandalum subest. Hæc vera, prout consuetudo disponit de impediendo, & dirimendo, si de impedimento tantum, illa consuetudo hoc potest. Hanc materiam latius declara, vt dixi in d. c. super eo, in c. supra prox.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio obtenta a Papa super matrimonio inter consanguineos contracto non valet, si falsa causa sit expressa. 6.*

Dispensat

2 *Dispensat solus Papa cum contrahentibus in gradu prohibito lege canonica.*
3 *Dispensandi causam faciliorem inducit proles ex matrimonio cum consanguinea.*
4 *Iustitiæ rigor potest quandoque temperari propter scandalum vitandum.*
5 *Dispensatum an intelligatur ex iuribus primæ dispensationis obtentæ ex falsa causa.*
7 *Ex tolerationе, vel nouo mandato Papæ de tolerando, illegitimè coniuncti videantur dispensati.*
Dispensatus an quis in dubio censeatur propter tolerantiam.

CAP. VI.

1 QVia circa. ¶†Non valet dispensatio obtenta a Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi falsa causa sit expressa, nisi eam solus Papa posteà confirmet. h. d. ¶† Nota primo, q̃ solus Papa dispensat cum contrahentibus in gradu prohibito lege canonica, & q̃ olim prohibitio ascendebat ad quintum gradum consanguinitatis. ¶†No. secundò, q̃ proles ex matrimonio cum consanguinea quandoq; inducit faciliorem causam dispensandi. Vide quod dixi in c. cum haberet. de eo, qui dux. in ma. ¶ No. tertiò, q̃ ad ponderandam veritatem narratorum, vel falsitatem pro gratia validanda, vel infirmanda, attenditur tempus concessionis gratiæ, & sic habitus liberorum ante gratiam, dummodò non adsint tempore dispensationis, vitiat dispensationem ab habitu liberorum impulsam. Et sic no. q̃ cessante causa dispensationis, vitiatur dispensatio. 4 ¶†No. quartò, q̃ pro scandalo vitando iudex ecclesiasticus temperat processum: nec matrimonium dissoluit aliàs illegitimè contractum, & sic propter vitandum scandalum temperatur rigor iustitiæ. ¶ Oppo. hic duo interuenerunt, dispensatio, & dissimulatio. Videamus de effectu ipsorum erga vtrunque. ¶ Obuiat primò, quia videtur alium a Papa dispensare posse, supra c. quod dilectio. Solutio. Hic probatur quod ibi dixi, q̃ legatus hoc fecit auctoritate, & speciali mandato Papæ. ¶† Obstat secundò, quia videtur q̃ hic dispensatio valuit ex falsa causa. quod patet, quia isti remanent coniuncti, nec separantur. ¶ Huic obstat tertiò, q̃ talis dispensatio fuit surreptitia: ergo, &c. de rescrip. c. super literis. Ad hoc, quod dicitur de absolutione, de senten. excommu. cum pro causa. sic & in absolutione voti. de fide instru. c. quod super. 2. q. 3. §. notandum. 6 ¶Glo. hic reuocat in dubium duo. Primum, an ex viribus primæ dispensationis obtentæ ex falsa causa intelligatur dispensatum. Secundò, an ex viribus tolerationis pacificæ, vel specificæ. Ad primum glo. allegat pro, & contra. Et primo allegat iura, quæ probant falsitatem causæ non vitiare dispensationem, vt patet in legato. C. de fal. causa adiecta leg. l. 2. cũ fi allegin glo. Secundò ex falsitate causæ decreti in manumissione. Instit. ex qui. cau. ma. non po. §. semel. In contrarium allegat glo. alia iura pro contrario allegata, & in hoc resident, q̃ ex viribus primæ dispensationis non remanet matrimonium propter causæ falsitatem, & hoc voluit litera. Et Host. idem. Nec obstant iura proximè allegata, quia loquuntur in actibus fauorabilibus: nos autem in odiosis, & contra ius. scilicet, dispensationis. Est ergo pro regula, q̃ vbi est necessaria dispensatio Apostolicæ sedis, oportet q̃ non sit suspecta, vt no. de rescrip. c. 2. de crimi. falsi. c. 2. Sed si est surreptitia, non est sine dispensatione. de elect. dudum. §. 2. & §. insuper. de offic. ord. ex parte. Et hoc tenet Io. An. in addi. Spec. super rubrica, de clan. despon. Et ibi dicit, q̃ petens separari matrimonium contra dispensationem, quam dicit falso obtentam, debet probare surreptionem. Si autem est mandatum de dispensando, antequam dispensetur, oportet q̃ ipse verificet causas mandati. Et 7 vide quod no. extra de lit. contest. c. j. lib. 6. ¶† Ad secundum, an ex tolerатione, & mandato nouo de tolerando illegitimè maneant iuncti? Glo. dicit q̃ sic, quia dissimulatio Papę habet vim cuiusdam dispensationis. Idem tenent hic Doct. ex quo Papa ex certa scientia hoc facit & in specifico casu: stultum esset dicere q̃ Papa dissimularet, vt isti remanerent in peccato. Et sic habes, q̃ hoc tolerare, & dissimulare habet vim dispensationis. Idem Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de clan. despon. super rubri. Glo. sentit contra, allegando istam decre. & etiam tex. ibi facit contra, de præben. cum iam dudum, quia dubitatur an hæc tolerantia inducat dispensationem contra ius. Dico q̃ sic, quandoq; ab ipso principio, quo ius traditur, generaliter ab omnibus non recipitur, & Papa tolerat, & dico q̃ illud ius non ligat. 4. dist. §. leges. & habes glo. de treu. & pace, ci. & quod ibi scripsi: quia vox populi, vox Dei, & in certa Papæ tolerantia inducitur exclusio vocis aliene. Quandoque ius recipitur partim sic, & partim non, & tunc dico q̃ tolerantia hæc generaliter non excusat a peccato, & hic est casus de præben. cum iam dudum. Quandoque ius ab initio recipitur, & ex postfacto vniuersaliter ab omnibus non seruatur, & Papa sic tolerat, & adhuc credo q̃ hoc ius tollatur per dissuetudinem, quasi Papa videatur velle quod vult vniuersalis collectio fidelium, ex quo non contradicit. 4. distin. §. leges. & l. de quibus, ff. de legi. Quandoque ius recipitur vniuersaliter ab omnibus, Papa tamen sciente fit aliquid contra illud: & tunc aut Papa expressè, & specificè cum causa scripsit de tolerantia dicti casus, & hoc subrogatur loco dispensationis. casus est hic. Quandoque nihil specificè disponit, sed tacitè, scilicet, quia tacet, & dico q̃ non habet vim dispensationis, nec procedunt, nec producunt in Papa. In alijs autem inferioribus prælatis est aduertendum, q̃ eorum tolerantia contra sua statuta idem importat quod tolerantia Papæ in omnibus, & sic crederem q̃ eadem etiam distinctio esset adhibenda.

SVMMARIVM.

1 *Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem incipere debent a stipite, vel germanis.*
2 *Matrimonium est res fauorabilis.*
3 *Nepotis appellatione venit filius fratris, vel sororis.*
4 *In gradibus computandis debet a stipite incipi.*
5 *Doctor legens in declaranda materia debet primaria principia declarare, & ab illis exordiri.*
6 *Ad certificandum sufficit quòd nomine proprio, aut æquipollenti declaretur.*
7 *Testis de auditu valet in causa matrimoniali.*
8 *Matrimonium an possint contrahere descendentes in quinto gradu cum liberis primi gradus.*

CAP. VII.

1 IVanos. ¶† Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent incipere a stipite, vel germanis. hoc dicit. In prima narratur consultatio. In secunda responsio. Secunda
2 ibi, nos igitur. ¶†No. primò, quòd matrimonium est res multum fauorabilis. Ad hæc de probat. ca. ex literis. ¶† Nota hic expressum, quòd appellatione nepotis venit filius fratris, vel
3 filius sororis. Raro hoc inuenies. Regulariter nepos patris appellatur descendens ex filijs, & in iure ciuili non inuenitur, nisi in libro feudorum, de controuersia inter dominum & vasallum, vt dicit Bart. ff. de inoffic. testamen. l. si suspecta. Et vide quod no. de elect. c. fundamenta. §. vt ergo. versic. quod nepos. Idem in vsibus feud. quibus modis feudum amit. §. item si fratres. Ad hoc de schisma. c. vno. in princi. lib. 6. de pœn. c. fœlicis. §. cœterum. eod. lib. de probat. c. per tuas. de præben. c. dilecti. de arbit. c. 2. de accusat. ca. accedens. Et habet communis vsus loquendi, qui attendendus est, de sponsa. ex literis. Et nota, † quòd testes in computandis gradibus debent a
4 stipite incipere, & sic a fundamento. † Sic Doctor legens debet materiam declarando declarare primaria principia: sufficit tamen quòd incipiat a primo gradu. ¶† Nota, quòd ad certificandum quid, sufficit si nomine proprio, aut æquipollenti
5 declaretur. Ad hoc, l. certum, ff. si certum petat. & c. licet ex
6 quadam, supra de testibus. ¶† Nota, quòd in causa matrimoniali valet testis ad testificandum de auditu. Ad hoc de testibus. c. licet. Et nota, quod probatio agilis non est nimium laxanda. Et nota, quod probatio testificantium de auditu dici-
8 tur probatio agilis, per hanc decretalem. ¶† Arguit Hostiensis, quod non possunt contrahere descẽdentes, etiam in quinto, vel sexto gradu, cum liberis primi gradus: quia si non potest cum stipite, ergo nec cum primo gradu propinquo cum stipite, quia tales æquiparantur hic. & hæc est vna truffa. Et etiam dicit Ioannes Andreas in arbore, quia æquiparantur quo ad finem computandi, cum possit certitudo ita per principium a stipite, sicut a primo gradu haberi certitudo de vlterioribus, sed quo ad prohibitionem non æquiparantur. Cętera sunt clara, vide per te.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij prohibitio ad quotum gradum extendatur.*
2 *Iuris positiui finis conquiescit in ipsa vtilitate publica.*
3 *Varietas aliqua datur ex tempore in dispositis a Deo.*
4 *Legem varians, & nouam condens, attendere debet duo principaliter.*
5 *Matrimonialis prohibitio in affinitate olim se extendebat ad secundum & tertium genus affinitatis.*
6 *Matrimonialis prohibitio quousque extendatur.*
7 *Causa cessante, cessat eius effectus.*
8 *In matrimonij actu tolerare impedimentum a lege canonica inductum, dependet a potestate Principis, vel Papæ.*
9 *Simile, quanquam remotum, dare sufficit.*
10 *Constitutiones antiquæ videntur expressè tolli, quando sit noua repugnans antiquitati.*
11 *Matrimonium in gradu prohibito contractum non firmat temporis longinquitas.*

Affinita-

12 *Affinitatis, seu consanguinitatis primum genus, qualiter cognoscatur. Consanguinitatis, & affinitatis primum genus, secundum, & tertium, quare dicatur, & quomodo cognoscatur, nu. 13.*

14 *Genus affinitatis, & consanguinitatis, primum, secundum, & tertium, an consistat ex vna parte tantùm, vel vtraque.*

15 *Consanguinitas, & affinitas vsque ad quod genus se extendat ad impediendum matrimonij contractum.*

16 *Gradus consanguinitatis, & affinitatis, quomodo computentur.*

17 *Affinitas cum quibus contrahatur. 19.*

18 *In matrimonio contrahendo an hodie sit sublatum impedimentum publicæ honestatis. 19.*

20 *Matrimonia contracta in sexto, vel septimo gradu, an superueniente constitutione, de qua hic, confirmentur.*

21 *Matrimonium an possint hodie contrahere, qui sunt separati ante constitutionem nouam permittentem contractum in eodem gradu, in quo contraxerant.*

CAP. VIII.

1 NOn debet. ¶†Prohibitio coniugij non extenditur vltra quartum gradum consanguinitatis, & affinitatis, in secundo & tertio genere affinitatis, licet aliàs licitè contrahere, potest etiam prole suscepta ex secundis nuptijs cum consanguineis prioris viri coniungi. hoc dicit. Primò excusat correctionem antiqui iuris. Secundò excusationem declarans in duobus, id tollit. Et in tertio restringit, restrictionis cām probabilem reddens. Quarta ibi, cum ergo. prohibitionem restrictam fortifi-

2 cans constitutiones ꝺrias tollit, & cām reddit. ¶ † No. primò, ꝙ finis iuris posituí conquiescit in ipsa vtilitate, aut necessitate publica, & quia hic finis variabilis est, necessariò lex finem

3 hmōi insequens variabilis est. ¶†No. secundo, ꝙ ēt in dispositis a Deo aliqua datur varietas ex tēpore, & sic varietate tēpo-

4 ris variatur lex, cuius finis ex diuersitate tēporis variatur. †No. tertio, ꝙ in lege condenda duo principaliter attendere debet legem varians. Primo, euidentem vtilitatem. Secundo, euidētem necessitatem. Quia ablq; isto, vel altero corū, non debet lex variari, quia nouitas semper est cum periculo. Ad hoc, l. in

5 rebus nouis, ff. de consti. Prin. ¶†No. quarto, ꝙ prohibitio matrimonialis in affinitate olim se extendebat ad secundum, & tertium genus affinitatis: hodie restricta est ad primum tantū.

6 ¶†No. quinto, ꝙ olim prohibitio matrimonialis se extendebat ad sobolem ex secūdis nuptijs susceptam, vt nullus de cōsanguinitate viri præmortui, vel nulla, posset contrahere cum prole ex secundo viro per mulierem susceptam: similiter nullus de consanguinitate vxoris præmortuæ cum prole suscepta

7 ex secundis nuptijs viri, hodie ad talem prolem non extenditur. ¶†† No. sexto, ꝙ cessante causa cessat effectus. † Et no. ꝙ a

8 potestate Principis dependet, & Papæ, tolerare impedimentū in actu matrimonij a lege canonica inductū. ¶ Venio ad versi. prohibitio. ¶No. primo, ꝙ prohibitio coniugalis hodie se nō extendit vltra quartum gradum consanguinitatis, & affinita-

9 tis. ¶ † No. secundo, ꝙ sufficit dare simile, quanquam remotum. Ad hoc de offi. deleg. c. quærenti. Et dicens dissimiliter

10 probat illud. de rescrip. c. inter cætera. ¶†† No. tertio tantū tollere expresè constitutiones antiquas, quando fit constitutio noua repugnans tenori antiquæ, non tamen est necessarium, vt c. j. de constit. lib. 6. Et no. cautum fieri mentionem non solum de a se condita, sed etiam de cōdita ab alio. Facilius enim tollitur condita a se, quàm ab alio, vt in d. c. j. de constit. lib. 6.

11 ¶†No. quarto, ꝙ longinquitas temporis nō firmat matrimonium in gradu prohibito, etiam lege canonica cōtractum. Ad hoc de eo, qui dux. in ma. c. cum haberet. Et hoc, quia contrahendo committitur peccatum, quod non minuitur, sed augmentatur ex temporis longinquitate. & no. tex. in fi. quem habes ad literam, c. fi. de consuet. In hac decre. prohibitio matrimonialis restringitur circa affinitatem, & circa consanguinitatem. In affinitate restringitur quo ad duo genera affinitatis, & quo ad gradus. Secundo restringitur consanguinitas quo ad gradus. ¶Antequàm ad alia descendam oppo. ꝙ hæc restrictio nihil operetur, quia dicit Greg. qui dissoluit hæc genera consanguinitatis, negat verbum Dei in æternū manere. 35. q. 10. c. fraternitatis. Solutio. Qui dissoluit sine causa, vel homo nō habens auctoritatem Dei, si dissoluat. Secus in habente potestatem Dei, vt Papa: quia hic agitur de gradibus, & generibus affinitatis. ¶Quęro primo, qualiter cognoscatur primum genus affinitatis, qualiter secundum, & qualiter tertium? ¶ Secundo quæro, quare dicatur primum genus, & quare secundum, & quare tertium? Tertio quæro, an hoc genus affinitatis existat ex vna parte tantū, an ex vtraq;? ¶Quarto quæro, vsque ad quot se extēdat impedimentū affinitatis in genere? ¶ Quinto quæro, qualiter computentur gradus in affinitate? ¶ Sexto quæro, vsque ad quem gradum se hodie extendat hæc prohi-

12 bitio? ¶† Ad primum pono regulas: Carnaliter vel matrimonialiter iunctus, vel iuncta sanguini affinis est de primo genere affinitatis. Si igitur consanguineus meus acceperit vxorem, quia iuncta est illa sanguini meo, attinet mihi in primo genere affinitatis, & similiter frater meus omnibus consanguineis vxoris suæ, quia iungitur sanguini eius, qui mihi est in primo genere consanguinitatis. Similiter si consanguinea mea copulatur vxor alicui, quia ille iungitur sanguini meo, & sic omnibus de consanguinitate mea in primo gradu, iuncta est illa in primo genere affinitatis. Et sic omnes consanguinei & consanguineæ vxoris meæ sunt mihi affines in primo genere affinitatis. Secundū genus affinitatis & cōsanguinitatis sic cognoscitur. Coniunctus copula maritali, vel fornicaria alicui, qui est in primo genere affinitatis, est mihi in secundo genere affinitatis. Exemplum: consanguineus meus accepit vxorem: ista est mihi in primo genere affinitatis, quia sanguini meo iuncta est in primo genere affinitatis. Mortuo consanguineo meo, pono ꝙ illa accipiat virum, ille ei copulatus, est mihi & consanguineis meis in secundo genere affinitatis: & hoc, quia est iunctus per copulā nobis affinis primi gradus. Similiter in fœmina pono, ꝙ consanguinea mea recepit virum: hic vir est mihi, & omnibus consanguineis, seu de cōsanguinitate mea in primo genere affinitatis: quia est iunctus sanguini meo. Et pono, quod consanguinea mea mortua, vir accipiat aliam, & coniungatur ei, quia ista iungitur affini meo, & cōsanguineorum meorum in primo genere affinitatis, est mihi, & cōsanguineis meis in secundo genere affinitatis. Sic posset explicari ex altera parte. Tertium genus affinitatis cognoscitur, iunctus copula maritali, vel fornicaria alicui, qui est mihi in secundo genere affinitatis: ille iunctus, vel iuncta est mihi in tertio genere affinitatis. Exemplum: consanguinea mea accipit virum, ille mihi est in primo genere affinitatis, quia coniungitur sanguini meo. Pone, ꝙ cōsanguinea mea moriatur, iste accipiet aliā in vxorem, qui fuit vir consanguineę, illa iuncta illi, est mihi, & consanguineis meis in secundo gradu affinitatis. Pone, ꝙ ille vir moriatur, & illa accipiat alium: ille tertius, qui ei adiūgitur, est mihi & consanguineis meis in tertio genere affinitatis, quia iunctus est ei, qui nobis est in secundo genere affinitatis. Simile exemplum potest poni in masculo, vt paret intuēti. Consanguineus meus accepit vxorem: hæc iuncta illi, nobis est in primo genere, quia iuncta sanguini: moritur consanguineus, ista accipit alium: hic est iunctus mulieri, quæ nobis est in primo genere: ergo & ille nobis est in secundo genere. Pone, ꝙ illa moriatur, & iste recipiet aliam: ista iungitur affinis nobis in secundo genere: ergo & ista est in tertio. Et sicno. ꝙ aut quis coniungitur sanguini, & efficitur de primo genere affinitatis. Aut iungitur primo generi affinitatis: & efficitur de secundo. Aut iungitur secundo, & efficitur de tertio. Copula

13 ergo addita copulæ mutat genus. ¶ † Ad secundum dubium, scilicet, quare dicatur primum genus, & quare secūdum, & tertium, vide glo. Sed tu dic, ꝙ primum genus dr̄, quia surgit a prima propinquitate, scilicet, a consanguinitate, vel a prima copula, & vna persona mediante ꝺhitur. Secundum, ꝙ a secunda propinquitate, siue a secunda copula, & duabus personis mediantibus ꝺhitur. Tertium, quia a tertia propinquitate,

14 & tertia copula, & mediantibus tribus personis ꝺhitur. ¶† Ad tertium. s. an hoc genus consistat ex vna parte tantum, vel ab vtraq;. Dic ꝙ regulariter consistit ex vna parte tantū, & regulariter ex vna sola copula ꝺhitur. Quandoq; etiam ex duabus, vt si aliqua iungitur fratri meo, per solam copulam inter eam & fratrem, mihi est affinis, mea copula nihil adducit. Quādoque ex vtraq;, vt in vxoribus duorum fratrum, quia copula cuiuslibet causat affinitatem, vt quia iungitur mihi vxor mea est affinis secundi generis vxori fratris, & quæ iungitur fratri, est affinis vxoris meæ secundi generis. Et sic regulariter ex vnius occasione creatur, & sic dr̄ ex vna parte consistere. Quandoq; ex vtraq;, s. ex vtriusq; occasione, & sic dr̄ ex vtraq; parte consi-

15 stere. ¶† Ad quartum, vsq; ad quotum genus se extendat? Dicit glo. & tex. hic, ꝙ solum vsq; ad primum genus affinitatis. Ideo cum solis iunctis sanguini est prohibitio, non cum iun-

16 ctis primo generi affinitati sanguini. ¶ † Ad quintum qualiter computentur gradus: dico, ꝙ in quolibet genere computantur ad instar graduum cōsanguinitatis cum iunctis, vt quoto gradu distant consanguinei a iuncto sanguini, vel iuncta, toto distent in affinitate iuncto vel iunctæ, & iunctus, vel iuncta, sibi. Exemplum: soror mea est mihi in secundo gradu: maritus secum contrahens erit mihi in secundo gradu affinitatis, & ego sibi similiter. Si consanguinea est mihi in tertio, contrahēs cum ea est mihi in quarto, maritus eius erit mihi in quarto, si est mihi in primo, quia filia iuncta secum erit mihi in primo: si maritus iste moriatur, & accipiet alium ille erit in gradu illo, in quo erat ille mihi, vt si erat in secundo, ista in secundo:

do. si in tertio, ista erit in tertio: & si posteà ille moriatur, & illa accipiet alium, erit ille mihi iunctus in illo gradu, in quo erat primus maritus, & ipsa quæ nunc virum acceperit. Et ideo dicit hic glo. q̃ copula addita copulæ mutat genus, & non gradum. Exemplum pone, soror est mihi in secundo: accipit virũ, hic est mihi in secundo, quia iungitur sanguini distanti in secundo, pone quod mortua sorore ipse accipiat aliam, ista erit mihi in secundo genere: tamen gradus nõ mutabitur, quia ista erit mihi in secundo gradu. Pone, q̃ mortuo illo ista accipiet alium: ille, qui iungetur, erit in tertio genere, sed remanet in secũdo gradu: quia sic fuit mihi affinis secundi gradus. Mutatur ergo genus, sed non gradus. ¶ † Quæro, cum quibus ꝺ̃hatur hæc affinitas? R espõ. q̃ cum consanguineis, vel affinibus iunctis, vel iunctę inter iunctũ, vel iunctã, & consanguineas, & non inter consanguineos, & consanguineas, vel affines iuncti, vel iunctę. Vnde si ego habeo consanguineos, vel affines, oẽs isti consanguinei, & affines sunt affines vxoris meę, & sui consanguinei & affines sunt mihi affines, consanguinei autẽ mei, & affines cum consanguineis & affinibus vxoris meę pñt ꝺ̃here. Ideo frater meus posset ꝺ̃here cũ sorore vxoris meę, ꝫ. eo. c. nõ debet. Hoc olim fallebat in vno casu, s. in prole prodita ex secundo matrimonio. Si vxor fratris mei ꝺ̃hebat matrimoniũ post mortẽ fratris, & posteà haberet virũ, & ex eo sobolem, nullus de consanguinitate mea poterit esse maritus illius sobolis, vel secum ꝺ̃here, non quia sibi esset aliqua affinitas, quia proles illa non erat iunctus, vel iuncta, sed consanguineus iunctæ: tamen quia exiuerat ex aluo, cui iunctus erat sanguis noster ex quadam publica honestate non poterat secũ ꝺ̃hi, & certè satisfuit rõnabile. Similiter si soror mea ꝺ̃xisset cũ vno, illa mortua habuisset prolem ex alia, filia prodita ex illo secũdo matrimonio erat prohibita cũ nostra consanguinitate ꝺ̃here: quia orta erat publica honestas ex corpore iuncto nostro sanguini: Papa tamen tollit istum, vt videtis hic. ¶ † Quæro ergo, an impedimentum publicæ honestatis hodie sit sublatum? Vt tamẽ intelligas est dare publicam honestatem quadrupliciter. Vno modo, quando adest vna affinitas, & hoc est adhuc impedimẽtum publicæ honestatis concurrens cum affinitate: quia turpe est ꝺ̃here, & inhonestũ cum affinibus. Et de hoc loquitur c. discretionem, ꝫ. de eo, qui cogno. consangui. vxo. suę. ¶ † An quatenus hic est ablata, & quo ad genera, & gradus affinitas cẽ seatur sublata illa publica honestas? Videtur q̃ non, quia vbi concurrunt duo impedimenta, ad sublationem vnius, nõ tollitur aliud. de præben. c. non põt. lib. 6. de vsu pal. c. ex tuarum. Ad hoc, 35. q. 3. porrò. vbi patet q̃ cum secundo genere concurrit impedimentum publicæ honestatis, vt in vxoribus duorum fratrum, vel duorum consobrinorum. Glo. determinat ꝺ̃, & bene: quia impedimentum publicę honestatis est consecutium fundamentum super ipsa affinitate, prout cum ea concurrit. Nam ideo inhonestum est, q̃ ꝺ̃hant, quia sunt affines, vt sublata affinitate, tollatur vtrunque impedimentum, quasi publica honestas habet pedes super radice affinitatis, a qua vitium vna radice, &c. C. de nup. l. penulti. ad fi. Est alia publica honestas, quę olim erat vt soboles ex secunda coniuge, vel viro suscepta, non poterat iungi consanguineis primi viri, vel coniugis: hodie sublata est, quia hic non erat, nisi vnum impedimentum, s. publicæ honestatis, quod fundabatur super illa prohibitione, qua sublata, est sublata publica honestas. Est tertia publica honestas, quę surgit ex sponsalibus de futuro, quo casu olim affinitas ꝺ̃cto matrimonio, & secuta copula impediebatur matrimoniũ: sic etiã eodẽ casu sponsalia ex publica honestate impediebat, & dirimebat. Et hęc an sit sublata, vr̃ q̃ non: quia illud ius corrigens nihil loquitur de publica honestate. Et sic vr̃, q̃ sicut olim publica honestas inducebatur in secundo, & tertio genere affinitatis, ita & hodie. Quod enim nõ mutatur, &c. Ergo vr̃, q̃ sicut olim impedimẽtum publicę honestatis extendebat se ad septimum gradum, ita vr̃ q̃ hodie se debet extendere. Contra determinat glo. quia impedimẽtum publicæ honestatis omnino sequitur instar impedimentum affinitatis, vt vbi affinitas impediebat in matrimonio cum copula, ibi publica honestas impediret sponsalia de futuro. Per quæ patet q̃ cum hodie sit affinitas restricta ad quartum gradum, & ad primum genus, sic etiam erat restricta hæc publica honestas. Ex hoc habes vnam regulam ex materia extensionis, q̃ vbi duo sic se habent q̃ vnum venit consecutiuè ad aliud, & illius sequitur limites: illo vno immutato, etiam consecutiuũ immutatur. Ad hoc optimè facit tex. de ser. non or. c. miramur, & glo. in cle. generalem, ꝫ. de temp. ord. Quædam est publica honestas, quæ surgit ex contracto matrimonio de facto impediente ætate, vel alias persona existente inhabili ad matrimonium, habili tamen ad sponsalia. de quo in c. fi. de despon. impub. & in c. j. de despon. impub. li. 6. & idẽ per omnia in ista. Quædam est publica honestas, quæ surgit ex contractu matrimonij, vel sponsalium cum inhabili ad sponsalia de futuro, & ex tentatu copulæ, de quo in c. iuuenis, de spon. secundum intellectum, quem ibi posui, & in c. fraternitatis, supra de eo, qui cogno. consan. & idem per omnia in ista, quia ista & proxima
20 sequuntur limites consanguinitatis & affinitatis. ¶ † Quæro, an matrimonia contracta in sexto, vel in septimo gradu, ante istam consuetudinem superueniente ista constitutione confirmentur? Dicit glo. q̃ non, quia respicit tantũ futura matrimonia ex natura constitutionis generalis. de const. c. 2. & fi. & ex verbo, de cętero. Sed an si post istam constitutionem simul cohabitent, confirmetur matrimonium. Gl. dicit quod sic, supra de despon. impub. literas. dummodò de hoc sint certificati. Nam primus contractus nullus põt ex superueniente tacito consensu confirmari. in Authen. de nup. §. si verò. Non obstat, q̃ verba sint de substantia matrimonij: quia hoc negari põt, vt dixi de spon. tuę. Et si hoc fateor, prima verba trahuntur ad hunc consensum, & sic haberetur vterq;, vt no. supra de spõ sa. is, qui. Nec obstat, q̃ videatur durare in antiquo consensu, si aliud non exprimat. Quod verum non est, ex quo certificati
21 sunt, & actum faciunt congruentem matrimonio. & hoc tenet Host. maximè si copulentur. † Quid si tales ante cõcilium separentur, an posteà contrahere poterunt? Videtur quòd nõ, 35. q. 6. ab isto. Dicunt Doct. quòd possunt, supra eod. & de eo, qui dux. in ma. c. cum haberet. Tenet ergo contractus, licèt contrahere non deberent propter incestum. Nec obstat c. ab isto. Dic, quòd illud iuramentum de non sociando se socium, intelligitur durante illo impedimento, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahunt inter se distantes quinto gradu, licèt pariter a stipite non distent.*
2 *In graduum distantia ponderanda inter duos transuersales, quæ sit perfecta regula.*
3 *Matrimonium potest contrahere ex linea distans in quinto gradu cum alio ex altera linea distante tertio, vel quarto gradu.*
4 *Matrimonium an possit contrahere existens in quinto gradu cum existente in secundo, vel tertio gradu alterius lineæ.*
5 *Gradus consanguinitatis qualiter computentur.*

CAP. IX.

1 MIr, qui. ¶ † Inter se distantes quinto gradu matri-
2 monium contrahunt: licèt pariter a stipite non distent. hoc dicit. ¶ † No. primò regulam perfectam in ponderanda distantia graduum inter duos transuersales, quia quoto gradu remotior distat a stipite, toto distat a quocunq; alterius lineæ, etiam dato q̃ ex altera li-
3 nea alter sit proximior se in gradu ad stipitem. ¶ † No. secundò ex hoc, quia ex vna linea distans in quinto gradu potest cõtrahere cum alio ex altera linea distante tertio, vel quarto. ¶ No. q̃ regula a magistris probata seruatur pro iure, quando
4 est a iure approbata, &c. ¶ † Quæro quid si existens in quinto vult contrahere cum existente in altera linea secundo, vel tertio gradu, an possit? Glo. dicit q̃ sic, quia a quocunq; alterius lineę pariter distat. Secus dicit Host. si vellet contrahere cum descendente alterius lineę existente in primo. Alle. supra eo. quod dilectio. & c. tua. quod est falsum, vt dixi in d. c. tua. &
5 ponit Io. An. in arbore consanguinitatis. ¶ † Quæro, qualiter computentur gradus? Glo. clara est, dic vt in ea, &c.

De frigidis, & maleficiatis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Frigidum virum si mulier asserat, & vir confiteatur frigiditatem, dissoluitur matrimonium.*
2 *Matrimonium vt possit separari propter frigiditatem viri, an requiratur q̃ coniuges stent simul per triennium.*
Frigiditas viri ex quibus possit probari ad dissolutionem matrimonij, nume. sequen.
3 *Ad matrimonij dissolutionem ratione frigiditatis tria requiruntur. 4.*
5 *Sententia in causa matrimoniali, quando non transeat in rem iudicatam.*
6 *Frigiditatis ratione si mulier quæratur, & vir asserat copulam, an credatur viro?*
7 *In matrimonij dissolutione causa frigiditatis assertæ per mulierem, si mulier excluso corporis aspectu, &c.*

CAP. I.

ACcepisti. Ista decre. est difficilis in suo intellectu, & habet tria dicta. Secundum ibi, illa autem. Tertium ibi, si autem. & decre. non potest commodè summari propter varietatem intellectuum, nec notabilia possunt colligi. Declarabo quamlibet partem de per se, qua declarata colligam notabilia: postea ponam casum in nube, vt iacet litera. ¶ Obstat primò, quòd hæc decre. sibi contradicat, nam in prima parte dicit q̃ separabuntur concurrente confessione vtriusq; coniugum.

& vero

& vero indicio. In secunda dicit, q̄ nō separantur. In tertia di-
1 cit, q̄ separātur. Dic, q̄ loquitur in casibus diuersis. ¶† Videa-
mus ergo primum casum. Glo. hanc partem aliter non declarat. Inno. dicit, q̄ hæc prima pars loquitur, quando ambo coniuges fatentur viri impotentiam coeundo, & steterūt insimul saltem per mēsem, aut per annum, & dederunt operā copulæ, quo casu concurrentibus his. Primò, q̄ saltem per mensem simul steterunt. Secundò, q̄ ambo fateantur impotentiam. Tertiò, q̄ per vera indicia probetur frigiditas: separabitur ipsum matrimonium, nisi ex post facto per copulam cum alia appareat potens in coeundo. Istud autem indicium verum declarat, si probet per septimam manū propinquorū. Hunc intellectū fatetur ēt Host. ¶ Huic intellectui obuiat. Primò, quia vī q̄ debeat stari confessioni coniugum ablq; alio iuramento propinquorū, quia semper confessioni contra se statur, vt patet in titu. de confes. c. fi. Solu. Speciale est in matrimoniali causa, in qua non statur coniugum confessioni, nisi aliter iuretur, quia pōt colludere, vt ꝫ. de consan. & affi. super eo. & hoc verū, quādo stant ꝫ matrimonium: secus si stant pro matrimonio bene crederetur. de clan. despon. c. fi. Et quod dixi non credi, est verū quò ad infringendū matrimoniū, sed si vellent in continentia
2 manere, bene crederetur. 33. q. 5. c. quod Deo. ¶† Obstat 2. qa exigitur, q̄ stent in probatione per triennium, vt est casus in c. fi. ĵ. eo. & sic non sufficit mensis: cuius ꝫrium dicit litera, secūdū vnum intellectū. Sol. Dicit, q̄ ibi loquitur de maleficiatis, hic de frigidis: quia maleficium est per accidens, frigiditas a natura. Ideo maior requiritur probatio in probando vitio accidentis, quia fortius afficit natura, q̄ accūs. Vel dic, q̄ secūdò loquitur illa decre. in non habentibus plenam ætatem, hic in habentibus plenam, quo casu non requiritur tanta probatio. Quælibet solutio est bona. Vel tertiò illa loquitur, quādo nulla, vel pauca signa frigiditatis apparent, hęc q̄n multa apparēt signa frigiditatis. Vel quartò dic, q̄ ibi loquitur quando steterunt vltra annum insimul, quo casu maior est p̄sumptio cōtra eos, igitur maior exigitur probatio, hic autē quando anno, vel quando minus anno. Vel quintò ibi loquitur, quando frigiditas aliter non pōt probari, hic q̄n aliter pōt probari de facili. Hæ oēs sunt solutiones Inno. Vel sextò dic, aut vltra iuramēta propinquorū apparet euidens probatio frigiditatis, & impotētiæ, quia fortè vir habet membrū aridum, & iam est plenè adultus, & non exigitur alia probatio triennij, vt hic. Aut non apparet euidens impotentia, & exigitur tunc probatio triennij, vt d. c. fi. sed non insistit in isto, dicens q̄ etiam dato q̄ non apparet euidens frigiditas, vel impotentia, statur iuramētis propinquorum. ¶ Et per hanc decre. prosequor tres, vel quatuor casus. Primus, quando steterunt per triennium simul. Secundus, quando minus triennio vltra annum. Tertius, quādo steterunt insimul in anno, vel mēse. Quartus, quando minus mēse Conclude totum, vt aliquid reportes, si ambo confitentur impotentiam, aut simul steterunt per triēnium, & operam dederunt copulæ, & separandi sunt interueniente probatione ꝫpinquorum, & hoc procedit, siue appareant euidētia signa frigiditatis, siue non, dummodò appareat q̄ mulier est incorrupta, vt d. c. fi. Quandoq; ambo fatentur impedimentum, & insimul habitauerunt vltra annum, & adhuc exigitur probatio septimæ manus propinquorum, & triennij, per illam decre. fi. & hoc propter presumptionē, quæ surgit ex illa longa cohabitatione. Aut simul cohabitauerunt anno, vel mēse, & hæc decre. vī hoc hic parificare, & tunc quandoq; nulla, vel pauca apparent signa frigiditatis, & exiguntur iuramēta propinquorū, & vltra hoc probatio triennij, & hoc est verum indicium, de quo vult loqui decretalis. & sic declarat decretalis finalis, ĵ. eo. Quandoq; apparent signa frigiditatis aliqua, & tunc aut sunt euidētia signa, s. quia apparet q̄ membrum est aridum, & paruum, & tunc sufficiunt iuramenta propinquorum, & hoc pro tanto, q̄ licèt sit aridum, & paruum, & possibile est q̄ pōt emittere semen, sicut emittit vrinam, & pro tanto vltra illam euidētiam exiguntur iuramenta propinquorū, sed tunc nō exigitur probatio triennij, & illo casu hoc erat verū indiciū, qđ exigit hæc decretalis. Quandoq; signa non sunt euidentia, apparet tamen q̄ mulier est virgo, & tunc aut allegatur impedimentū frigiditatis, & tunc aut sunt iuuenes, & non in plena pubertate, & exigitur probatio triennij, vt d. c. fi. Aut allegatur impedimentum maleficij per accidens, & exiguntur iuramenta propinquorum, & vltra hoc probatio triennij, vt d. c. fi. Et hic est casus ibi, & modò materia est clara, quā Doctores aliqui dant multum confusè. Hoc tenet Inno. hic, & Host. vult q̄ hoc casu dabitur non triennium, sed terminus arbitrarius, intra quē iurabant q̄ totis viribus ad inuicem coniungendo operam dabunt ad matrimonium consummandum, vir perficiendo, ipsa patiendo, non se subtrahendo, sed amplexando, & modis omnibus cliciendo confessione facta de peccatis suis. ĵ. eo. c. fi. Et si aduenientе triennio reuertuntur, dicentes, q̄ hoc seruauerunt, nec vna caro effici potuerūt, adducet vterq; septem propinquos; vel si deficiunt, adducet septem vicinos bonæ famæ, qui iurabunt eos credere verum iurasse, & sic matrimonium dirimitur, vt hic est casus, & ĵ. eo. laudabilem. 33. q. j. cap. j. & 2. secundū Host. si steterint minus mense simul. Inno. hic dicit, q̄ non est vis, & malè: exigitur quod saltem steterint per mensem, vt habeat locum hæc decretalis, quia aliàs destruitur litera ista, quæ hoc vī innuere. ¶† No. ergo hic apertè q̄ vt possit
3 separari matrimonium, quando cohabitauerunt saltem mense, vel anno, vtroq; confitente exiguntur tria, s. q̄ habitauerunt saltem mense, vel anno, & non plus. Secundò, q̄ vterque confiteatur. Tertiò vltra hoc exigitur probatio per verum indicium, qualiter hoc intelligatur, intelligitur, s. per iuramenta propinquorum, aut per probationem triennij, aut per concursum vtriusq; secundum diuersitatem casuum, de quibus
4 supra dixi. ¶†No. primò, q̄ vt separetur matrimonium, oportet q̄ frigiditas concludat coeundi impotentiam indifinitè, non sufficit ergo q̄ respectiuè ad aliquem concludatur defectus actus copulæ. ¶ No. secundò, q̄ probatio præsumptiua succumbit euidenti probationi. †Et no. q̄ sñia in causa matrimo-
5 niali non transit in rem iudicatam, quando matrimoniū possit reperiri destructum ex falsa probatione, in qua ecclesia est decepta. ¶ Huic obstat, quia ex quo semel sententia est lata, non debet prætextu probationis nouiter repertæ retractari, vt supra de re iudi. cum inter. Solutio. Dicit glo. speciale est in causa matrimoniali. de re iud. c. consanguinei. & eod. c. lator. Et hoc, quia est actus, cui non possunt acquiescere partes. Ideo potest quādocūque retractari, quia non transit in rem iudicatam, quòd transire surgit ex acquiescere sententiæ. Et hoc dicunt quidam verum, quod potest restaurari, quando in prima probatione mulier fuit conscia fraudis, aliàs non. Glo. indistinctè tenet quòd potest restaurari, & hoc est verius. ¶ Nec obstat decretalis, consultationi, quia vel ibi non tenet, vel intellige vt dicam infra eod. c. fraternitatis. Et hæc sufficiant ergo
6 primam partem. ¶†† Venio ad secundam. Ista pars loquitur, q̄n maritus asserit copulam, mulier autem negat, quia videtur dicere q̄ credit marito tanquam capiti, si imputatur sibi, & non reclamat tandiu stando. ¶ Huic obuiant duo. Primò, quòd videtur quòd possit se probare virginem, & sic dissoluere matrimonium. de proba. c. proposuisti. & c. causam. Inno. & Hostien. in vna parte dicunt quòd hæc decre. in hac parte procedit, scilicet, vt stetur dicto viri, nisi vxor velit probare contrarium, vt in contrario. Vel secundò hæc decre. loquitur in non virgine, per cuius aspectum non potest probari defectus copulæ, sed contrarium procedit in virgine. Innocen. dicit, quòd hic est verus intellectus, quod si habitauit mulier anno, vel dimidio antequàm reclamet, quod tunc non potest reclamare viro asserente copulam, quia ei creditur in tantum, tum propter viri assertionem, tum etiam propter præsumptionem temporis lapsi, quo non reclamauit: tum propter fauorem matrimonij, tum etiam quia quilibet præsumitur potens, nisi contrarium probetur, 50. dist. quia. tum quia non est verisimile, q̄ ex quo consueuit stimulus carnis erigi, quod tāto tempore voluerit stare cum eunucho, quo probato ex aspectu corporis ille succumbat, & hoc quod saltem consensisse videtur ipsum habere in fratrem, vt in c. consultationi. Item quia possibile est q̄ mulier est virgo, & tamen vir habet potentiam copulæ, nec est cognita, quia illi adhærere nō voluit. Item quia illa probatio per aspectum est fallax, cum sæpe fallatur manus, & oculus obstetricum. ¶ Obstat secundo, q̄ exigatur mānus tempus, vt nō possit reclamare, scilicet biennium, ĵ. eod. c. la udabilem. & C. de repud. l. in causis. Sol. Dicit glo. q̄ in ea decre. dicit de anno, nō tenēr, sed exigitur biēnium, & firmatur matrimonium taciturnitate. ¶ Alij dicunt, q̄ illud tempus est continuū, illud autem vtile. ¶ Venio ad vltimam partem in versi. si autem tim. hic variatur vnus intellectus, q̄ differat a p̄cedēti in hoc, quia in p̄ti loquitur quādo mulier cōtraxit nō virgo, hic quādo cōtraxit virgo. Primo casu nō separatur, viro asserēte contrarium. Secundo sic, viro etiam asserēte cōtrarium, si probet se virginem aspectu corporis, & cum iuramētis propinquorū. ¶ Alij dicūt q̄ iste casus loquitur in proximo casu, nec diuersificantur termini, & hic secūdus casus corrigit primum. hoc est cōtra aduersatiuam, autem, quæ aduersari debet in facto, & in iure. Alius intellectus, q̄ hic tertius casus loquatur eodem casu cum primo, & erit sensus literæ quod vterque confiteatur p̄ frigiditatem. Hic intellectus nō placet, quia esset superfluus primum casum. Tertius intellectus est, & hic applaudet litera, q̄ loquatur hic versi. si autem. eodem casu cum præcedenti, quia sola mulier proclamat, sed solum differt in tempore cohabitationis, quia in primo casu cohabitauerat ante proclamationem per annum & dimidium, hic cohabitauerat q̄ mēsem, aut

aut duos, & hoc casu dicitur, quòd si ipsa vult probare se virginem per aspectum corporis, & cum alijs indicijs, scilicet iuramentum propinquorum, de frigiditate illius, quod auditur, non obstante assertione sua. Et hic intellectus plus mihi placet, quàm alij. Ex quo nota, quòd illud dicitur nouum, & statim fieri, quod habet distantiam solum duorũ mensium. Concludo ergo hæc, vt aliquid reportes. Si ambo coniuges confitẽtur frigiditatem, vidisti supra quid iuris. Si autem mulier asserit frigiditatem, & vir negat, hic est aduertendum. Aut mulier modicum cohabitauit (& voco modicum vsq; ad duos menses) & dico quòd si probet se virginem ex aspectu corporis, & cum hoc probat frigiditatem per verum indicium, & dico per verum indicium secundum diuersitatem casuum, de quibus dixi supra, quando confitetur vterq;, ꝙ separantur, & sic propriè loquitur hęc decreta. Aut ipsi cohabitauerunt diu, & sic non proclamabit in ipsa rei voluntate, & proclamat postea sola mulier viro asserente copulam (& dico diu, si per annum, vel dimidium) & tunc hic aduerte. Aut mulier non erat virgo, qñ contraxit, & non admittitur ad probandum ex suo aspectu. Et sic pôt intelligi secunda pars huius decreta. Sed bene per aspectum viri, si defectus est euidens, vt quia habet membrum aridum, vel ad modum verrucę, quod porrum vocatur. Cauendũ est tamen ab illis, qui habent retractum in corpore, & consueuerunt membrum contrahere, & lõgum emittere ad modum animalis, hoc casu admittitur ad probandum. Aut mulier est virgo, & diu cohabitauit, & est virgo. Hic Doct. sunt varij. Primo videntur velle, quod audiatur probans se virginem. Secundo dicunt super glo. contrarium. Credo, quod si velit probare se virginem solo aspectu, quod non admittitur, quia per hoc non concluditur necessario impotentia viri, si vellet probare se virginem aspectu, & euidentia defectus membri mariti, dico ꝙ pôt. & hoc voluerũt Doct. hic. Si vult solum probare per aspectum, & manum propinquorum, & Doct. hic videntur inclinare quod non pôt. Et sic in hoc vltimo residet hic Innoc. & hoc est tutius fauore matrimonij. Host. autem dicit quòd mulier poterit probare, & debet admitti se probando virginem aspectu corporis, & per iuramenta propinquorum, & etiã per expectationem triennij, & concludunt hic multiplicem fore probationem frigiditatis. Quandoq; probatur per aspectum corporis. Quandoq; per iuramenta propinquorũ. Tertiò per expeditionem triennij. Dicunt tamen Doct. ꝙ discretus iudex prouidebit ꝙ potius superabundent probationes, quàm deficiant, cum hæc sit causa periculosa. verum si videtur ei, quod vnum vel duo argumenta non sufficiant, faciet præstare tertium, secundũ Innocen. & Hostien. ¶† Quid si mulier excluso corporis aspectu cum septima manu propinquorum probaue rit virum impotentem, & vir cum alia septima manu velit ꝓbare se potentem, an est admittendus? Inno. dicit ꝙ sic, arg. de spon. cum in tua. Et quod hic dicitur, locum habet quando vir simpliciter dicit quòd eam cognouit, mulier verò iurat contrarium cum septima manu propinquorum, aliqua præsumptione ariditatis, vel impedimento præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonium contrahendum impotens quis dicatur.*
2 *Puer esse reputatur, qui est impotens ad coitum.*
3 *Inhabilis ad finem actus, inhabilis censetur ad actum.*
4 *Ad matrimonium contrahendum, quotuplex est impotentia.*
5 *Matrimonium contrahere non impediuntur senes, etiam ætate fracti.*
6 *Matrimonium contrahere an impediantur spadones.*
7 *Affinitas an contrahatur per coitum castrati.*

CAP. II.

1 QVod sedem. ¶† Impotens ad copulam, est impotens ad matrimoniũ cõtractum, siue sit impedimentum ętatis, siue naturę. hoc dicit. ¶† No. primò, quòd ille dicitur puer, qui impotens est ad coitum. ¶ No. secundò, quòd omnis puer, & sic etiam ante pubertatis annos, quilibet præsumitur ad coitũ impotens, donec contrarium probetur. de quo supra de despõ. impube. c. 2. ¶ No. tertiò, quod illud, quod operatur temporaliter impedimentum quo ad tempus, illud operatur perpetuum
3 impetuum. ¶† No. quarto, ꝙ impotens ad finem actus, vel
4 aliquid de eius fine, impotens censetur ad actum. † Et aduerte, quod quædam est impotentia coeundi ex animo, vt in furiosis, hæc impedit matrimonij contractum. 32. q. 7. neq; furiosis. Quædam est impotentia coeundi ex vtroq;, vt in impubere & infante, & etiam hęc impedit. Ista sunt verba Vincen. &
5 Ioan. 33. q. j. in summa. ¶† Obstat quod impotentes ad coeundum possunt contrahere. C. de nupt. l. sancimus. 32. q. j. nuptiæ. vbi senes, qui natura defecerunt, possunt matrimonium contrahere. Glo. dicit, quod hęc decre. facit quod contrahere non possunt. Veritas tamen se habet in oppositum, quia in senibus dicitur humanitatis solatium, vt ibi, & 31. q. j. aperiant. & c. si dormierit. Ad hanc decreta. respõdit quod quædam est impotentia naturæ, & hęc impedit matrimonium. quędam est impotentia accidenter, & illa non impedit, quia habitus omnino non est extinctus, nam senex aliquando mouetur. Glo. & Docto. tenẽt, quod quidam sunt impediti ex ętate, & tales non contrahunt. Quidam sunt impediti frigiditate, & tales nõ cõtrahunt. Quidam sunt impediti maleficio: & an tales contra-
6 hant, dicam infra eod. c. fi. † Quidam sunt impediti, quia spadones sunt, ex postfacto castrati, & carentes vtroq; testiculo, & de his tangit glo. 32. q. 7. c. hi, qui. Et ibi Io. dicit quosdam dicere, quod contrahere possunt. 27. q. j. c. nuptiarum. 33. q. 5. c. quod Deo. ff. de iure do. l. si serua, §. si spadoni. Recitat alios dicere contra, cum non sint habiles ad prolem, & sic ad finem matrimonij re, vel spe. 27. q. 2. omne. & hæc fuit hic opi. Lapi. Ioan. ibi concludit, aut sunt castrati, & virgam erigere nõ possunt, nec habent eam rectam; & tales sunt inhabiles ad matrimonium. Aut habent virgam rectam & erigere possunt, & tales licèt non sint potentes ad resoluendum sperma, ibi est matrimonium: quia cum talis satisfacit mulieri, sic & mulier satisfacit viro, siue resoluit, siue non, ergo possunt contrahere. Nec exigitur, quod in matrimonio semper sit spes filiorũ, sed sufficit quod non cuitent prolem. 27. q. 2. solet. Cõmunis opinio habet quod ex quo est priuatus vtroq; testiculo, quod cõtrahere non potest. Et hanc opin. sequitur Io. quia est ineptus ad prolem. & idem Vincen. & idem Ray. sequitur in rubrica de impossibilitate coeundi, §. vidimus. ¶ Nunquid autem dissoluatur illud castrati matrimonium de præsenti ante copulam? Dic quod non, nisi intret monasterium alter eorum, nec compellendus est, vt intret, vt sic sponsalia possit contrahere, & tenebit eam quo ad alia seruitia. 27. q. j. nuptiarum. 33. q. 5. quod Deo. secundum Hugo. & ponit Archidia. in d. c. hi, qui. Quoddam est impedimentum, quia caret quis altero testiculo tantum, & talis contrahere potest, vt in d. §. si spadoni. & idẽ
7 etiam dicunt Doct. vt recitat Archid. in d. c. hi, qui. † Nunquid autem per coitum castrati si prouocat coniunctam ad resolutionem spermatis contrahatur affinitas, vide quod scribit Archidiac. in d. c. hi, qui. & in c. fraternitatis, supra de eo, qui cog. consang. Inno. aliqua declarat, quæ omitto, quia turpe est loqui, sufficit per alios scriptum esse, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium impedit naturale impedimentum ad coitum. 2.*
3 *Matrimonium non impedit naturale impedimentum ad coitum reparabile arte medicorum.*

CAP. III.

1 IN literis. ¶† Naturale impedimentum ad coitum irreparabile arte medicorũ matrimonium impedit. hoc dicit. In prima narratur consultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, respondemus. ¶ Nota primo summarium. ¶ Nota secũdo ꝙ vitium naturæ impotentia coeundi reparabile iudicio medicorum non impedit matrimonium contrahendum, vel contrac-
2 tum, secus si est irreparabile. ¶† Obstat primo, si mulier propter semen viri effecta est ex morbo impotens ad coeundum, ergo non erat naturaliter impotens, sed post copulam effecta est impotens iam consummato matrimonio, illud dissolui nõ pôt. 32. q. j. dixit. de coniug. lepro. c. j. & 2. Solu. Dicit glo. intellige, quod hæc mulier primo erat arcta, & impotens ad coitũ, maritus cognouit eam, & in copula vim intulit, propter quod magis est reddita impotens, vnde propter impedimentum ab
3 initio non fuit matrimonium. ¶† Obstat secundo, quia mulier impotens, & inhabilis opere medicorum etiam, non potest contrahere, contra infra ca. fraternitatis. Solutio. Aut est impotens, nec potest iuuari opere medicorum sine periculo corporali, & talis est inhabilis ad coitum, & ad matrimonium. Quædam est reparabilis opere medicorum, & si patiatur modicam vim, & talis potest contrahere, & pati debet, ex quo cõtraxit, modicum periculum. Ad hoc c. sequens. & dic vt ibi statim dicam post Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium scienter contrahens cum impotente ad copulam, non potest petere separationem.*
2 *Matrimonium impotentium ad coeundum, an sit verum.*
3 *Ad matrimonium contrahendum, an quælibet impotentia reddat mulierem inhabilem.*

CAP. IIII.

1 COnsultationi tuæ. ¶† Contrahens sciẽter cum impotẽte ad copulam, ab ea non separatur. hoc dicit. In prima narratur consultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, Taliter. ¶ Nota primo, quod mulier clausa impotens ad copulam, est inhabilis ad matrimonium vtroq; sciente, & cõsentiente, & certificato de impedimento, & sic non est matri-

monium,

monium, posito quòd non sit spes sobolis ex natura. ¶† Quæro primò, an verum sit matrimonium impotentium ad coeundum scienter contrahentium? Doct. sentire videntur, quòd non. Sed quædam obligatio est, vt simul in castitate viuant, & cohabitent vt frater & soror. Vnde dicũt Doctores, quòd quãdiu sic viuunt, tolerandi sunt: sed si alter ipsorum viuat inhonestè, Episcopus prouidebit. de offi. ord. c. j. & c. licet. Et si maritus potens cum alia contrahat, & illam cognoscat, tenet matrimonium secundum. de sponsa. c. si inter. & c. is, qui. Nam & si ligatus impubes contrahere non debeat, valet tamen si contrahat, vt no. de despon. impuberum. de illis. Dicunt tamen q talis contrahens tenetur sic arctam tenere, & alere, secundum Hostien. & Innocen. Plus dicit Hostien. quòd si potens ad copulam non posset continere, quod danda esset sibi licentia cõtrahendi. 28. dist. de his. ¶† Quæro, an quælibet impotentia in muliere reddat ipsam inhabilem ad matrimonium? Dicunt quidam, quòd sola arcta contrahere non potest. Alia autem aliter impedita sic, secundum Hostien. qui dicit idem in quolibet alio impedimento, vt si sit in tantum arcta, vel lata, quod de facto cognosci non possit. Idem si ex aliqua latenti infirmitate reddatur incognoscibilis, & breuiter quomodocunq; sit irreparabilis, supra c. proxi. & infra c. fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonium cum frigido contractum tempus triennij est sufficiens.*
2 *Frigiditatis impedimentum potest esse naturale, & accidentale.*
3 *Frigiditas vbi potest apparere per euidentia signa frigiditatis, non datur probatio triennij, nu. 15.*
4 *Frigiditatis defectus probatur ex solo contractu matrimonij cum alia. nume. 17.*
5 *Matrimonium non debet separari frigiditatis ratione, si coniuges volunt simul habitare. nu. 16.*
6 *Frigiditatem vbi coniuges fatentur, non exigitur probatio triennij, nume. 9. & 15.*
7 *Iuramentum debet corporaliter præstari, quando agitur de purgatione.*
8 *Iuramenti practica quæ sit per ipsos coniuges, & consanguineos seruanda, vbi agitur ad dissolutionem matrimonij causa frigiditatis.*
10 *Ad matrimonij dissolutionem ratione frigiditatis, an sufficiat triennium a tempore contractus, vbi exigitur triennium.*
11 *Probatio triennij ad dissolutionem matrimonij causa frigiditatis, an habeat locum in maleficiato.*
12 *Frigiditas ex quo indicio potest apparere post triennium.*
13 *Frigiditatis impedimentum potest apparere incontinenti.*
14 *Quando admittantur coniuges ad dicendum de frigiditate.*

CAP. V.

1 LAudabilem. ¶† Tempus triennij est sufficiens ad matrimonium cum frigido contractum. hoc dicit. Vel si de impotentia coeundi constat, separatur statim matrimonium: aliàs cohabitabunt coniuges per triennium, & tunc si cum septima manu propinquorum iurant quòd dederunt operam carnali copulæ, nec potuerunt commisceri, separantur. hoc dicit. Communis diuisio. Diuiditur decreta. in duas partes. Et prima pars loquitur, quando vnus coniugum dicit matrimonium consummatum, alter diffitetur. Secunda ibi, §. si autem. in qua loquitur quando vterque fatetur matrimonium non esse consummatum. Hæc est vera diuisio. In prima ponitur cõsultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, nos vero. Illa subdiuiditur. Et prima pars loquitur, quando vterque coniugum non confitetur impotentiam, vsque ad versic. si autem. Secunda pars ibi loquitur, quando vterque confitetur. Prima pars subdiuiditur, quia prima loquitur quando simul esse non consentiunt. Secunda, quando consentiunt. ¶† Nota primò, quòd
2 impedimentum frigiditatis potest esse naturale, & accidentale, vt patet ibi, naturaliter frigidis. ¶† Nota secundò, quòd vbi
3 frigiditas potest apparere per euidentia signa frigiditatis, non datur probatio triennij. Secus si non potest apparere, tunc datur probatio triennij, & cum eo exigitur probatio per verum
4 indicium, hoc est, per iuramenta propinquorum. ¶† Nota tertio, quod ex solo contractu matrimonij cum alia videtur probari defectus frigiditatis, ex quo separatum est primum matrimonium, vnde tanquam ecclesia decepta primum matrimonium debet separari, & sic in causa matrimoniali sententia cõtra matrimonium non transit in rem iudicatam, quando con-
5 stat de errore, debet retractari. ¶ Nota quarto etiam, q quando constat de frigiditate, si coniuges volunt simul esse, separandi non sunt. ¶ Venio ad versic. si autem. † Nota primo, q
6 vbi fatentur coniuges impedimentum, non exigitur probatio triennij, sed solum sufficit indicium iuramẽti propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, & sic vicini quandoque succedunt
7 loco propinquorum. ¶† Nota secundo, quod in iuramento purgationis debet iuramentum corporaliter præstari, & debent tangi sacrosancta Euangelia. Vide glo. in clemen. j. de hereti. in verbo, tacta. † Et nota practicam iuramenti tam ipso-
8 rum coniugum, quàm etiam ipsorum consanguineorum.
9 ¶† Obstat primo, & videtur quod litera sibi contradicat. Nam primo dicit quod vt separentur, expectetur triennium. in versic. si autem. dicit contrarium, quod statim separentur. Gl. aliter non declarat. Innocen. intelligit primam partem, quando alter contrahentium tantum fatetur frigiditatem, & impotentiam coeundi, alter non, quo casu aut per euidentia signa potest constare de frigiditate, & non expectatur triennium, sed statim separantur cum iuramentis propinquorum. Aut non apparent euidentia signa, & tunc probantur per triennium, & sic probato impedimento si consentiant simul habitare, bene quidem, aliàs separantur, & si maritus contrahat, coniungun-
tur. Si vterque consentit, & confitetur impedimentum, procedit versic. si autem. quod sufficiant iuramenta propinquorum, nec exigitur probatio triennij. Et sic debet intelligi tex. hic, in fi. & supra c. j. 2. responso. & hoc declarat verum indicium. Sed Hostien. cuius est mos destruere textus, dicit quod hic versic. si autem, nunquam potest dupliciter intelligi. Primo, quod sit expositio eius, quod dictum est in primo casu de triennio. Nã dicit, quod debeant cohabitare triennio, & postea probari per verum indicium. Hic declarat quid est verum indicium, scilicet iuramenta coniugum, & propinquorum. Vel secundo dicit, quod exponit illud, quod est dictum in primo casu in eo, quod dixit, quod quando apparent vera indicia, non expectatur triennium, sed statim separantur, quia hoc intelligitur ipsis iurantibus & propinquis, dabitur tamen tempus arbitrarium. Iste intellectus Hostien. omnino repugnat literæ, quia versic. si autem. venit aduersatiuè ad præcedentia dicta. Mirabilis ergo est intellectus, quod intelligantur vt exponat, & declaret. Quare Innocen. melius dicit. Sed secundum hoc obniat primo dicto, vbi dicitur quod apparentibus signis frigiditatis separatur matrimonium, nullo expectato triennio, vel alio interueniente. Sed hoc est falsum, quia saltem debent interuenire iuramenta propinquorum, & hoc placet, vt supra dixi, c. prox. Solutio. Textus dicit, si frigiditas probari possit, quod ante triennium separatur, intellige si probari possit per euidentia signa, & etiam per iuramenta propinquorum, &
10 hoc placet. ¶† Quæro erga istam partem, an sufficiat triennium a tempore contractus, vbi exigitur? Glo. dicit quod non, sed exigitur a tempore cohabitationis, a quo dederunt, vel dare potuerunt operam copulæ: imo non sufficit cohabitatio,
11 nisi & copulæ darent operam. 23. q. j. requisisti. ¶† Quæro secundo, an hæc probatio triennij habeat locum in maleficiato? Videtur quod sic, & fortius, quia maior exigitur probatio in impedimento accidentis, quàm naturæ. Ad hoc, infra c. fi.
12 ¶† Quæro tertio, quid dicatur iustum indicium, per quod apparere possit post triennium frigiditas? Dicit glo. quod per testes, vel per aspectum corporis, intelligo quod dicit testes, id est, primo per iuramẽta propinquorum, & sic intelligunt Docto. Vnde dicunt quod solus non sufficit aspectus, quia in tali sæpe fallitur manus, & oculus obstetricis. ¶ Quarto quæro, quia litera dicit quod sufficit probare ante frigiditatem euidenter, & sic apparet quod non erit necesse expectare trien-
13 nium. ¶† Quæro quinto, quomodo possit probari ante impedimentum frigiditatis. Dicunt Doct. puta, quia vir habet membrum siccum, vel mulier apparet omnino arcta, & inepta, infra c. j. Vel potest prius probari, quia ambo confitentur impedimentum, & multa signa frigiditatis apparent, & præstantia iuramenta parentum. Dicunt tamen hic Doct. quod si omno aperta est impotentia, vt in arcta, quòd non exigentur iuramenta propinquorum, quia talis est infallibilis probatio, se-
14 cundum Innocen. ¶† Concludo ergo istam partem, vt aliquid reportes. Si quæritur an, & quando admittantur coniuges ad dicendum de frigiditate, serua c. j. supra eo. Si quæritur vbi admittuntur, qualiter probetur frigiditas. Dic quod quandoque ante triennium apparent signa omnino aperta, vt quia mulier est arcta, & tunc ex hoc solo separantur, quia hæc est apertissima probatio, & non expectetur triennium, nec etiam expectãtur iuramenta propinquorum, secundum Inno. & Doct. hic. Idem dicit Innocen. si vir habet membrum siccum. Sed contrarium dicit supra c. j. quia sicut emittit vrinam, ita potuit emittere semen, & pro tanto istud non cadit sub isto membro. Idem puto, quod sit vt supra dixi, si apparet quod vir habeat incisa virilia, vel est castratus vtroque testiculo, quia cum talibus potest haberi euidentissima probatio. Idem dicunt Doct. quod si apparet, quia sententia est lata alias, & iste propter frigiditatem ab alia separatus est. Quandoq; de impotentia non potest haberi certa probatio, sed verisimilis, & euidẽs, vt quia habet siccum membrum, & tunc exigitur solum iuramentum propin-

propinquorum, vt etiam dixi supra eo.c.j. Quandoque de impotentia apparet per signa dubia, quæ præsumpriuè concludunt, & sunt plura, vt dicit Hostien. scilicet, quia aut sunt in semiplena pubertate, puta vir habet quindecim, vel quatuordecim annos, & expectabitur tunc vsque ad plenam pubertatem, & dixi in c.2. supra, de desponsi.impub. & sic si est sexdecim annorum, expectabitur per biennium. C. de diuor. l. in causis. Si quindecim annorum, per triennium. in Authent. de nupt. §. per occasionem Si septendecim, per vnum annum. Si octodecim, per mensem, vel duos, arbitrariè, supra eo.c.j. & sicut scribit ibi Hostien. & vltra hoc exigentur tunc iuramenta propinquorum. Si autem esset in plena ætate, separentur ex solo iuramento propinquorum, alio tempore non expectato. Et sic declaratur tempus, quòd exigitur arbitrarium, secundum Host. supra c.j. Nam si nulla apparent signa, vel leuia frigiditatis, exigitur probatio triennij, vt hic, & vltra hoc iuramenta propinquorum. ¶ † Venio ad secundam partem prosequendo intellectum Innocen. scilicet, quòd loquatur quando vterque confitetur impedimentum: hic videtur probari quòd exigatur sola probatio septimæ manus propinquorum. Sed huic obuiat quod dixi supra c. j. vbi etiam exigitur vltra hoc probatio per triennium. Quandoque fatetur Innocen. hic, quòd sufficit sola probatio propinquorum, & sic sibi contradicit. Sed dico q̃ ibi dicit est melius, & sic est temperanda decre. quòd sufficiat, secundum tamen distinctionem, quam ibi posui. Si vis sustinere Innocen. dic quòd quandoque vterque fatetur impotentiam, & sufficiunt iuramenta propinquorum, vt hic, nec exigitur triennium, nec alia probatio, nisi aspectus corporis. Quãdoque fatetur, quòd iam non cognouit, negat tamen impotẽtiam, quia dicit se habere potentiam cognoscendi alias, & p̃cedat distinctio, quam posui supra c.j. & sic loquitur c. fi. infra eo. Quandoque negat vterque, & procedit prima pars. Tene quod vis. Tutius est illud, quod dixi supra c.j. & id seruatur, qa debet iudex in probationibus potius superabũdare, quàm deficere, vt etiam ibi dixi, quia dicta procedunt in frigido. Quid autem in maleficiato? dic q̃ expectandum est triennium, & fortius, quàm in frigido, quia hoc est impedimentum accidentis, illud naturæ. Ideo dicit Hostien. quòd non semper in frigido expectatur triennium, sed semper in maleficiato expectatur, j. eo.c.fi. Et quæ sit ratio, ibi dicit, & hic tenendo opin. eandem quòd propter maleficium separetur, de quo dicam infra c. px.

¶† Vltimò restat videre duo dicta. Primum, quia dicitur quòd si vterque volunt, probato impedimẽto, simul remanere p̃nt, videtur quod non exigatur vtriusq; consensus, sed sufficit consensus illius, qui ignorabat impedimentum, quia sciens contradicere non potest. de eo, qui dux c.j. Solutio. Glo. exponit sufficere quod solus ignorãs consentiat. Vel dicitur, q̃ exigitur consensus vtriusq;, quia sufficit sic scriptum esse. Et hoc iõ, quia nullum est matrimonium, nec aliquod vinculum. Ideo tene primum in c. si quis acceperit. 32.q.j. in fi. primæ glo. Tu tene glo. ad hoc, quod no. supra eod. c.j. Secundò dicitur, q̃ si alter ipsorum contrahat cum alia, separatur matrimonium.

¶† Huic obstant duo. Primò 33.q.j. si per sortiarias. vbi apparet, q̃ si aliquis est impotẽs, & separatus ab ea, licèt postea aliã cognoscat, matrimonium non integratur. Solutio. Contrariũ procedit in impedimento accidentis per maleficium, quod pôt restringi ad certam personam perpetuò: ideo ex eo, quòd aliam cognoscat non detegitur quòd sit potens ad cognoscendum illam, a qua separatus est. Impedimentum autem frigiditatis reddit quem impotentem ad coitum cum quocunq; : iõ constito quòd vnam cognouerit, apparet q̃ est potens quo ad illam etiam, a qua separatus est, quia hoc non est determinabile ad certam personam, & sic loquitur hic, & supra eod. c.j.

¶ Obstat secundò, quia non videtur quòd ex solo cõtractu cũ alia debeat ab illa separari, & integrari primum matrimoniũ, quia per hoc non apparet q̃ frigiditas subsit, ex quo nõ cognoscatur eam, & sic non apparet falsitas impedimenti. Solu. Intelligo q̃ reintegratur primum, quando secundam acceperit, subaudi & eam cognouit. Idem si aliàs apparet ipsum mulieres cognoscere, licèt cum nulla contrahat, secundum Docto. & bene sic intellige hoc c. in duobus locis, & supra c.j. Tertiò dicimus hic, q̃ si contrahat cum alia, subaudi & cognoscat: q̃ hi, qui iurauerunt, deteguntur periuri. Glo. tamen dicit, q̃ solus vir & vxor non sunt compurgatores, quia licèt sit falsum, q̃ iurauit vir & vxor, pôt esse verum, quia iurauerunt compurgatores, s. q̃ credebant illos verum iurare. Idem dicit Io. 30.q.j.c.2. Dicit tamen Hostien. quòd mulier non cogitur iurare virum impotentem, sed sufficit quòd iurer quòd fuit sibi impotens, quia nunquam cognouit eam, licèt ipsa se non subtraxerit, sed adhibuit diligentiam, & si secundum conscientiam hoc fecit, nõ deierauit, quamuis masculus frigidus non sit, & aliam cognouit. Et hoc patet ex litera, quæ dicit quòd habent iurare quod nunquam vna caro effecti sunt. Abbas ponit hic vnam conclusionem, quam ponam infra eo.c. fi. vbi concludam totum titulum, & quod dixi hic, & supra c.j. & quod dicam infra eod. cap. sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatur propter arctationem mulieris.*
2 *De matrimoniali causa cognoscit archipresbyter de mandato Episcopi.*
3 *Matronarum testimonio statur super copulæ potentia.*
4 *Testi præcipi potest, vt sub periculo animæ dicat veritatem.*
5 *Libellus super habilitate, vel impotentia copulæ, quomodo formari debeat.*
6 *In separatione matrimonij, quid iudex seruare habeat.*
7 *Negatiua est probabilis, vbi affirmatiua exponitur in negatiuam, & econtra, nume. 14.*
8 *Promissio continentiæ necessariò non infert votum solenne.*
9 *Impedimentum, quod dicatur perpetuum.*
10 *Ex futuris quandoque declaratur quid in præteritum.*
11 *Religionis ingressum non vitiat error causæ impellentis, nu. 29.*
Voto solenni absque religionis ingressu non soluitur matrimonium, nu. 25.
12 *Adulterium sicut committitur ex violatione thori, ita ex violatione voti solennis committitur adulterium spirituale, nu. 30.*
13 *Votum non solenne, quod dicatur.*
14 *Adulterium impedit probabile dubium surgens ex facto.*
15 *Paria sunt aliquid non esse, & inutile esse.*
16 *Ad frigiditatem probandam non exiguntur iuramenta vicinorum, vbi cõstat de impotentia per matronarum testimonium.*
17 *Matronæ vocatæ ad visitandum mulierem, iurare debent se facturas relationem visitationis.*
18 *Matronæ vocatæ ad visitandam mulierem, an sit potens ad copulam, quare debent esse de parochia mulieris visitandæ.*
19 *Sententia in causa matrimoniali lata ex probabili errore non transit in rẽ iudicatam.*
20 *Matrimonij contractum non impedit impedimentum reparabile, & qualis potestas reparandi exigatur, vt sit matrimonium, nu. 33.*
22 *Matrimonium vbi per impedimentum reparabile non impeditur, qualis potestas reparandi exigatur, vt sit matrimonium.*
23 *Mortuus suscitatus vxore superstite, an possit repetere vxorem.*
24 *Matrimonio separato propter frigiditatem mulieris, quæ transiuit ad religionem, cogitur vir remanere cum prima.*
25 *Matrimonium an soluatur voto ante copulam.*
26 *Matrimonium an soluatur susceptione sacri ordinis ante copulam.*
27 *Matrimonium vbi fuit solutum propter frigiditatem, & mulier separata fuit postea reperta apta ad copulam per matrimonium, &c.*
28 *Matrimonio dissoluto propter frigiditatem, si vterque coniux recontraxerit cum alio vel alia, vbi reperitur postea apta mulier, &c.*
31 *Matrimonio separato propter frigiditatem, & arctationem mulieris, quæ cum secundo contraxit, & post coitum, &c.*
32 *Sententia interlocutoria transit in rem iudicatam per binam confirmationem.*

CAP. VI.

1 FRaternitatis. ¶† Propter arctationem mulieris si præter diuinum miraculum absq; periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium: tamen reintegratur, si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam. h. d. Cõmunis diuisio. Secunda ibi, quamuis. ¶† Nota primo, quòd archipresbyter pôt cognoscere de causa matrimoniali. Quod est verum de mandato Episcopi, aliàs non, vt no. supra de consan.
2 & affi. c.j. ¶† No. 2. q̃ super copulæ potẽtia, & an mulier sit arcta, vel non, statur iudicio matronarum, & testimonio. Et nota qualitates requisitas erga tales matronas. Primo exigitur, q̃ sint duæ ad minus, & suæ parochiæ. Secundo, quod sint prouidæ, & honestæ. † Nota tertio, quod præceptum vt sub periculo animæ testis dicat veritatem, subrogatur loco iuramenti. Idem in fidei præstatione. Ad hoc, supra quod met. cau. c. ad aures.
3 ¶† Nota quarto practicam articuli in probanda inhabilitate ad copulam habili ad separandum matrimonium, quia articulus debet concludere mulierem indifinitè inhabilem quo ad omnes, & quo ad omne tempus, ita quod non potest esse mater, vel coniunx aliquo tempore. ¶† Nota quinto practicam, quam habet seruare iudex in separatione matrimonij, debet enim inducere inhabilem inquantum potest ad religionis ingressum. † Et nota quod vbi affirmatiua est exponibilis in negatiuam, & econtra, negatiua probabilis est. Ad hoc de renun.
8 c. super hoc. de elect. c. bonæ. el primo. ¶† Nota sexto, quod p̃missio continentiæ necessario non infert votum solẽne. Ideo sit cautus volens probare professionem, vt non articulet de sola professione continentiæ, & quod promissio continentiæ potest esse simplici verbo, & votum continentiæ non arguit votum solenne, quando sit in domo remanente, & ad religionem non transeunte, vel respectu non certæ religionis vouente: solenne autem arguit, quãdo sit a transeunte ad certam religionem, vel illo respectu se vouente. Vide q̃d dixi ſ. qui cle.

vel

9 vel vo. c. rursus. &c. insinuante. ¶ † No. 7. q illud non dicitur p-
petuum impedimentum, quod præter diuinum miraculum
per opus humanum absque periculo corporis reparatur. Et sic
econuerso no. q illud dicitur perpetuum impedimentum, qđ
per diuinum tãtum miraculum est reparabile, sed fortè est re-
parabile, sed non sine mortis periculo. Et sic illud non dicitur
non possibile, quod depẽdet a solo Dei miraculo. Vide quod
scripsit Inno. in c. pastoralis, de causa pos. ¶ No. 8. q sententia
in causa matrimoniali lata, etiam ex probabili errore, non trã-
sit in rem iudicatam, an possit errore cõperto retractari. ¶ No.
9. q vbi duo se pariter habent in exercitio, ad actuale exercitiũ
vnius concluditur exercitij potentia in alio. Ad hoc de do-
lo. c. cum dilecti. Et ideo mulier cognoscibilis quo ad vnũ, est
cognoscibilis quo ad aliũ: secus si non pares in exercitij potẽ-
tia. Volens ergo infringere probationem probata disparitate
10 obtinet. ¶ † No. 10. q ex futuris quãdoq; declaratur quid in p̃-
11 teritũ. ¶ † No. 11. q error causę impellẽtis ad religionis ingres-
sum nõ vitiat ingressum, & q religionis ingressu soluitur cõiu
gi ũ ante copulã, adeo q in seculo remanẽs hẽt ptãtem cũ alia
p̃hendi, & valet matrimoniũ, non tamẽ soluitur voto solenni
absq; religionis ingressu, vt patet, qa hic qñ vouit solenniter,
12 non repellitur ex voto, sed ex adulterio, f̃m Inno. ¶ † No. 12. q
sicut ex violatione matrimonij mulier dr̃ cõmittere adulte-
rium, ita & ex violatione voti solennis cõmittitur adulterium.
spũale: quia violat vinculum sponsaliorum, & matrimonium
13 cum Deo p̃ctum. ¶ † No. 13. q dicatur votum non solenne, qđ
simplici verbo mulier continentiam promittit, sic absq; alia
solennitate se non adstringendo ad aliam determinatam reli-
gionem. Vide circa hoc, quod scripsi s̃. qui cleri. vel vo. c. me-
minimus, & c. rursus. ¶ No. 14. q probabile dubium surgens
ex facto impedit adulteriũ, & probabile dubiũ ẽt iuris excusat
delictum. Ex ver. per hoc aũt. hic non pñt colligi determinata
notabilia, nisi q non est de facili p̃cipitanda sñia in his causis
matrimonialibus, cũ finale iudiciũ pendeat ex futuro euentu.
¶ Venio ad materiã, & hanc decr. legam per partes. Primò pri-
mam expediam vsq; ad ver. quãuis. In hac parte gl. signat duo
14 p̃ria. ¶ † Obstat primò, & vr̃ q mulieres non potuerũt depone-
re super hoc, q non esset apta ad matrimoniũ, q̃ erat negatiua,
s̃. de elect. bone. So. Dicit gl. q negatiua hęc est exponibilis in
affirmatiua: iõ probabilis est. de renun. c. super hoc. Contrariũ
procedit, qñ est pura, & non prægnans. remittit ad ibi notata.
Dicunt tamen Doct. q hæc probatio non est certa. ¶ † Obstat
2. qa dicit q mulieri deerat naturale instrumentum. Hoc fal-
sum est, quia nõ potuisset ab alio cognosci, & p̃rium patet p̃.
15 Item quia non potuisset viuere. Sol. Dicit gl. † q deerat, & in-
utile habebat. per quod patet q paria sunt, aliquid deesse, vel
aliquid inutile esse. ff. de dolo. l. non is. & de resti. spol. c. olim.
16 ¶ † Circa istam partem quæro primò, an si adsunt mulieres, q̃
attestantur de defectu instrumenti, ad probandam impotentiã
exigantur iuramenta propinquorum? Gl. dicit q non, ex quo
deponunt de euidenti impotentia membri. Et sic gl. restringit
illam præstationem iuramenti demum locum habere, qñ alle-
gatur impedimentum frigiditatis. Host. dicit q illa præstatio
iuramenti habet locum in omni casu, in quo non constat de
euidentia impedimenti, seu euidenter non constat de impo-
tẽtia. Et hic fortè fuit adhibita, licèt litera hoc nõ dicat, & hoc
17 supplere non est p̃ literam. ¶ † Quero secũdò, an istæ matronæ
adhibeantur sine iuramẽto? Et dicit gl. q nõ, ne aliqua in frau-
dem matrimonij dicant, vt patet s̃. de eo, qui cog. constan. vxo.
suæ. c. super eo. Et dicunt aliqui, q hęc attestatio habetur loco
iuramenti. sic s̃. de appel. constitutus. Idem dicunt de attesta-
18 tione sub fide sua. vide c. ad aures, s̃. quod met. cau. ¶ † Quero
tertiò, quare de parochia exiguntur matronæ? Dic, quia tales
p̃sumuntur melius quo ad famam habere maiorẽ notitiã de
impedimento, s̃. de elec. c. posq̃. & c. scriptum. De vicinia tñ,
& extra, debet q̃ri ex parte mulieris, & caueri debẽt ne sint ni-
mis iuuenes, pp inexperientiam, nec nimis antiquæ, pp visus
defectum. Nam cum manu & oculo talia sunt probanda, s̃. de
prob. c. proposuisti. & c. cãm. & pp mulierũ medicinas anteq̃
inspiciatur, cõsuluit Host. q mulier in aqua calida prius lauet-
ur, & diu moretur, & interim sub fida custodia teneatur, ne
possit iterum apponere medicinas. ff. de ven. insp. l. j. Debent
ẽt esse honestæ, ne sint lenones, vel viles, quæ pro minimo de-
ierarent, & corrumpi possent, & omni pctõ consentirent. in
Auth. de leno. colla. 2. & C. de decuri. l. vlt. li. 11. Et dicit Host.
q in talibus non possit adhiberi nimia diligentia. Vnde in ta-
libus per inspectionem viri & mulieris, & iuramenta vtriusq;,
& propinquorum, debet laborare ad veritatem, maximè quia
oncratur iudex, cuius arbitrio talia committuntur, & latet sa-
pius, q si diligenter inuestigaretur, appareret. Et prosequitur
alia verbosa, quæ vide per te, non sunt vtilitatis. ¶ Venio ad
versi. quamuis, quem expediam vsq; ad versi. & si prędicta. Hic
19 signatur vnum contrarium in glo. † Nam dicitur hic, q sen-
tia lata errore comperto retractatur. Contra, quia prætextu p-
bationis nouiter repertæ sententia non est retractanda. Et est
casus in c. cum inter, de senten. & re iudic. Solutio. Dicit glo.
quod quandoq; sententia detegitur lata probabili errore, &
posteà clarè detegitur error, & sñia illa retractatur, vt hic, & j.
de purg. vulg. c. significantibus. Aut solum reperitur noua p-
batio, & talis non vitiat sentẽtiam, quia ex hoc non detegitur
probabilis error. Aduerte, si ista glo. ponderat errorem, non
est verum, quia solo errore non retractaretur, vt patet in d. c.
cum inter. Ideo declaro aliter gl. Q uandoq; sententia est lan
nõ omnino ex certa probatione, vt est probatio per aspectum
quæ fallit, & fallitur, & detecto errore retractatur, vt hic etiam
dicit c. significantibus. & facit l. admonendi, ff. de iureiuran.
Aut est lata integra probatione, & non retractatur comperto
errore, & non potest retractari. Fallit in causa matrimoniali, si
non transit in rem iudicatam, & sic potest alio modo intelligi
hæc decre. s̃. de re iudic. c. lator. & c. consanguinei. ¶ Habes er
hoc duos casus, in quibus retractatur sentẽtia. Alium assignat
Innocen. quando aliquid proponitur in secundo iudicio, de
quo non fuerit in primo propositum. alleg. de fide instrumen.
c. cum Ioannes. ¶ Secundus, quando notoriè constat de iniu-
stitia primæ sententiæ, quia semper debet veritas prealere ea
comperta. 8. dist. c. veritate. & sic posset esse hic. Nam hic con-
stabat notoriè de falsitate primæ sententiæ. Q uod dictum no-
ta, quia hic habes expresè, q sententia contra notorium lata
est inualida, & plus, q illud quod dicitur, sententiam iniustam
non retractari, nisi appelletur, est verum q non potest retracta-
ri, nisi quando notoriè constat de iniustitia, & euidenter facti
euidentia, & hęc est causa, quare sententia, quam profert quis
iniustam, retractatur, vt notanter scribit Innocen. in c. pleriq;,
de immuni. eccle. Et aduerte q hic ampliat illud dictum ad
aliam notorietatem. Q uid autem si constat in iudicio per p-
bationem iudicialiter factam in iudicio de iniustitia, vide qđ
scripsi de probat. c. quoniam contra falsam. super vlt. glo. & vi-
de quod scripsi de re iudic. c. cum Bertoldus. & quod scripsi
post Innocen. in c. ex tenore, de appel. & de reseri. c. cum dile-
cta. vbi ponit Innocen. & quod scribit glo. in cle. sicut appella-
tionem. de appella. quod non possit saluari dictum Innocen.
post hoc dictum, quia probatio iudicialis transit in notorium,
vt scripsi de cohabita. cleri. & mulie. c. vestra. & sic videtur q
detecta iniustitia per probationes, ex quo aliquid non opponi-
tur, quia talis sententia vt iniusta retractetur, aliàs non. An sen
tentia lata contra notorium teneat, vide quod scripsi hic, in c.
ab excommunicato. de rescrip. & de sententia & re iudi. cin-
ter monasterium. & vide Innoc. de concess. præben. c. cum su-
per. quod no. in c. per tuas, j. de sen. excom. & vide tex. de app.
20 c. solicitudinem. & de re iud. c. inter cętera. ¶ † Obstat secun-
dò huic decre. quia dicit, quod impedimentum reparabile nõ
impedit contractum, hoc est falsum. Nam impedimẽtum ma-
leficij impedit. 33. q. j. si per sortiarias. & tamen illud non est p-
petuum, quia potest remoueri præter diuinum miraculum,
saltem per illum, qui ipsum induxit, quia quicquid ligatur,
dissolubile est. in Auth. de nup. §. nuptias. Sol. Quidam dicunt
q illud c. non tenet. hęc truffa est. Alij dicunt, & soluunt, q aut
allegatur impedimentum ex parte mulieris, & sic distin guitur
an sit reparabile, aut non, vt hic: aut ex parte viri allegatur ma-
leficium, & indistincte matrimonium dissoluitur, vt ibi. Tamẽ
non est bona solutio, quia non debent ad imparia iudicari, &
non est dare maiorem causam in vno, quàm in alio. Alij dicit
q maleficium presumitur perpetuum eo q habitauerunt tri
nio, & se coniungere non potuerunt, si tamen detegatur q nõ
sit perpetuũ, reintegratur, sed nõ detegitur eo modo, quo alia
impedimenta. In alijs distinguitur, aut apparet potens quo ad
alium, vel ad aliam, & presumitur potens quo ad virum, a quo,
vel a qua separatus est, & reintegratur, vt hic, & s̃. c. prox. & ci.
& hoc, quia impedimentum non est verisimiliter restrictibile
ad certam personam. Nam data potentia quo ad vnum, datur
potentia quo ad reliquum. In maleficiatis autem aut cogno-
scitur per cũdem, & detegitur error perpetuitatis impedimẽ-
ti, & sic reintegratur. Aut apparet separatus vel separata cogno
scibilis per alium, & tunc nõ detegitur error perpetuitatis quo
ad istum. Ratio, qa por̃e est q sit maleficiatus quo ad vnum, &
nõ quo ad aliũ, qa talia impedimẽta sunt quo ad p̃sonã certam
restrictibilia. Per hoc oĩno satisfit p̃rio, qa in veritate hoc non
est perpetuũ, cum sit dissolubile. Sed dic q maleficiũ in dubio
non præsumitur perpetuum, quia dissolubile est, vt opponitur:
tamen si probatio sit facta triennio, præsumitur perpetuum.
Et si dicatur, adhuc est dissolubile: respondetur quod non est
dissolubile, nisi miraculosè per vnum, & quòd ab vnius pote-
state dependet miraculum Dei, vt no. in c. pastoralis. de caus-
sa possessio. & propriet. Item quòd non dissoluitur tale impe-
dimen-

dimentū, nisi per vires herbarū, vel aliarum rerū. & maximè potest dici perpetuū, si is, qui fecit, vel non inuenitur, vel destruere nescit, & maximè, qñ datur per cibū, vel potū. Omnia hæc procedunt, vt ꝑꝑ maleficia dissoluatur matrimonium, qñ præcessit maleficiū. Secus ergo, si matrimoniū secutū est, quia tunc non dissoluitur: 32.q.7.hi qui. & q.5.si vxorem. Et si dubitet, an præcessit, quid erit? quidam dicunt ꝙ debet p̃sumi, ꝙ p̃cessit, & sic separentur, nec maneant impediti, arg. C. de ẽdict.l.4. Nec ob. c. licet ex quadã. de testi. in fi. qnia illud verū, qñ matrimonium pōt habere effectū. s. fornicationis euitatio nẽ, vel bonū prolis, & sic non pōt separari ꝑꝑ impotentiã coeundi. No. hoc dictū, quia limitat illud, quod dicit p̃sumi pro matrimonio, quod est bene notandū. Ego puto, ꝙ petẽs diuortiũ arctetur ad probandū maleficiū p̃cessisse, quia hæc est sua intentio. Sed si aliquis petat aliquã in vxorẽ, fortè posset procedere primū dictum, si ambo consentirent in separatione, & adhuc posset procedere ſm dictum, quia vterq; peteret separationẽ. ¶† Quæro, an procedat quod hic dr̃. s. vt separata reuertatur ad primū, siue hoc ꝓtingat ꝙ sit reparata per medicū, siue per aliū? gl. dicit, ꝙ idem vtrobiq;, quia hæc decre. nō distinguit. ¶† Quæro, qualis potestas reparandi exigatur, vt sit matrimoniū? Gl. dicit, ꝙ intentio literæ est. Aut impedimentū est reparabile cū graui periculo, & impedimentū est perpetuū. Aut cum leui, & non est perpetuū. Inn. dicit ꝙ qualitercunq; reperiatur, restituēda est primo viro, nisi appareret oīno impotẽs. idem Host. dicens, ꝙ quantumcūq; graue periculū fuerit, semper restituenda est primo viro, ex quo reparata est, & ex quo cognita est à primo & secundo, adhærebit primo: quia si vni est cognoscibilis, ergo & alij, vnde ad hoc vt reddatur habilis, & reintegretur primo, sufficit ꝙ ab vno sit cognita, vt præsumat ab alio cognosci, nisi experientia appareat ↄ, vt quia fortè vir habet lanceã grossiorem alijs improportionabilẽ mulieri, qđ apparet ex sui euidentia, vt quia patitur elephantiam. Prosequitur alia turpia, q̃ omitto. Per hæc dicit hic gl. ꝙ si prior vir non posset eã cognoscere sine graui periculo, ꝙ non est reddẽda primo viro, licèt ex post facto per coitum secundi viri reddita sit apta priori. Inn. & Host. in hoc vltimo ↄrio, ꝙa ex quo est facta apta, primo restituēda est, quia iã detectū est, ipsam reparabilẽ fuisse, & sic detegitur cū secundo nullū matrimoniū fuisse. ¶† Dubitant hic vltimo Doct. dū Lazarus resurrexisset, an petere potuisset vxorẽ? Vr̃ ꝙ non, quia si per miraculū hoc fit, ergo iudicatur tanquã de eo, quod fieri non pōt, & hoc hic valde latè prosequunr̃. Satis habemus disputare de ꝓtingentibus. Hic. n. casus nunquã tibi eueniet, ideo non fatiges in hoc tuū intellectū. & vide hic per eos, si vis videre, nō plus insisto.

¶† Venio ad versi. & si p̃dicta, vsq; ad vers. per hæc aũt. Et oppono primo, ꝙ tex. vr̃ hic tria dicere. Primo, ꝙ si mulier separata transiuit ad religionẽ, & promisit, ꝙ vir debet cū secunda manere. Secundo, ꝙ si mulier solẽniter se voto obligauit, non tñ ad religionẽ transiuit, ꝙ vir cogitur ad mulierẽ primã redire, nisi cã vellet, seu velit ꝓtextu adulterij repellere. Tertio, ꝙ si mulier voto simplici obligauit, & solo verbo, ꝙ adhuc vir cõpellitur eam recipere, nisi sibi opponat adulterium, quod potest eo, ꝙ ipsa certificata est de copulæ potentia, habilis est ad copulam reddita. ¶† Contra ſm dictum ob. ꝙ voto solẽni solui-
tur matrimoniū ↄctum, vt patet ex no. s. qui cle. vel vouen. s. insinuante, & c. rursus. Sol. dicit hic Inn. ꝙ quandoq; votum solenne præcedit matrimoniū, & dissoluitur matrimoniū post ↄctum, vt in ↄ. Quandoq; matrimoniū præcedit votum, etiam ante copulam, & tunc votū subsequens nō dissoluit matrimonium. sic loquitur hic, quod est notandū, nam hic causa diuortij est adulteriū, nō autem votum. de quo vide quod scripsi de conuersi. coniug. c. ex parte, el 2. Et ex hoc patet dr̃ia inter ingressum religionis, & votum solenne cõtinentiæ, quia religionis ingressus soluit matrimoniū ante copulā. de conuersi. coniug. c. ex publico. non solū votū solenne. de hoc dixi s. qui cle. vel vouen. c. insinuante. & vide in c. dudū. de conuer. coniug. Quoddã ergo est votū cum transitu ad religionẽ, & hoc impediẽs ↄhendum, & dirimit post ↄctum: ante ↄctum autem, aut p̃cedit copula & non dirimit, aut non, & dirimit, vt d. c. ex publico. Quoddã est votum solenne solius ꝓtinentiæ, & tunc impediẽs ↄhendum, & dirimit post ↄctum, ante autẽ ↄctum cū copula, siue sine copula, vt hic. Quoddã est votū simplex, & hoc impedit ↄhendum, ante ↄctum non tollit, nec post ↄctum dirimit, vt patet s. qui cle. vel vouen. per totum. hoc no. & tenemenți. † Nunquid autẽ susceptione sacri ordinis soluatur matrimonium ante copulam? Dicunt aliqui ꝙ sic, sicut religionis ingressu, quia solennizatur. & sic c. ex publico, habet locū etiã in solennizatione voti per susceptionem ordinis sacri. Io. An. remittit de voto, c. j. lib. 6. ibi Io. An. dicit se disputasse ↄrium, & sic dicit determinatum per extrauagan. antiquæ. adde ca. ex parte, el secondo, de conuer. coniug. 27.q.2. desponsatam. assignat alias causas. dic vt ibi. Sufficit ratio, ꝙ non apparet hic tantum, ergo remanemus cū regula, quod Deus cõiunxit, &c.

27 ¶† Ob. 2. & vr̃ ꝙ prætextu copulæ cum secundo non posit mulier repelli exceptione fornicationis, quia nullam iniuriam fecit, vel facere intendebat primo matrimonio, ex quo ab illa se parata erat. Nã fornicata fuit cū secundo tanquam soluta. 30.q.j.c.illud. ff. loca. l. si ignorans. nam adulteriū non cõmittitur sine dolo. 34.q.j. in lectū. ff. de adul. l. penul. Item si aliqui separẽtur per sniam, & alter ipsorum fornicatur, facit minorẽ iniuriam, & minus peccat. 32.q.7. quẽadmodū. Præterea per primã fornicationẽ non fuit apta primo viro, fortè nec per multas. igitur non potest ei fornicationẽ opponere. Glo. soluit ꝙ sicut ex futuro euentu apparet retro fuisse matrimoniū, ita ex futuro euentu apparet ipsam adulteriū cõmisisse, & sic repelli tur. hoc non placet, quia licèt declaratio hęc trahaꝫ retro quo ad æquitatẽ validandi matrimonij, quia hoc æquum est, non quo ad inducendū delictum, vbi non est, quia hoc æquū non est, & omnis factio fundatur super æquitate. Ad hoc tex. hic ꝙ vult, ꝙ mulier sit excusata dubio pendẽte, vt patet ibi, quãdiu articulus. ideo dicit ꝙ quandoq; mulier separata se iunxit alteri fornicario coitu, hoc non est sub colore matrimonij, & tũc mulier repellit: quia dato ꝙ oīno nō fecerit iniuriã primo matrimonio, quod putabat separatū, coniungendo se alteri fornicario coitu, dabat operã illicitæ rei, & sic vltra intantum puniri debet. ff. de adul. l. si adulteriū. & no. gl. de sen. excō. à nobis. & maximè, quia eonsentiendo copulæ necessario cõsentiebat iniuriæ matrimonij, q̃ surgere potuerat ex fine copulæ. & hoc voluit litera ibi, vel se fornicario modo. quãdoq; talis mulier separata iunxit se alicui in facie ecclesiæ. s. ↄhendo cum alio, & hoc casu stãte dubio facti & iuris anteq̃ ista decret. emanasset, planũ ꝙ mulier erat excusata, quia ꝓbabiliter ignorabat iniuriam primi matrimonij, & non dabat operã rei illicitæ, & sic adulteriũ non potuisset opponi. & sic intellige ver. quãdiu. quo casu excusatur ꝑꝑ multa. Primo, quia fuit per ecclesiam separata. 32.q.7. quemadmodū. Secũdo, quia publicè nupsit. Tertio, qñ in dubio potuit bonam fidem habere. Quarto, qa sententiã diuortij latam forsan in perpetuum valere credidit. Quinto, quia nemo illi ↄdixit, nec postea conscientiam turbauit, ergo nec adulteriũ cõmisit, quod non cõmittitur sine dolo, ſm Host. iura gl. alleg. quandoq; mulier separata à viro sub colore matrimonij ↄxit cum secundo certificata de hoc iure, quod hodie est factum, & certificata de facto, quia sentit se cognoscibilẽ, & tunc statim debet præsumere se aptã primo viro, vnde hodie post istam constitutionem non excusaretur ab adulterio, & posset repelli propter adulteriũ, & hoc voluit hæc litera. ¶ Nec obstat, ꝙ etiam ante constitutionẽ istam ipsa deberet reputari in dolo, cum matrimoniũ sit de iure naturali, & sic quo ad illud vinculum suberat, quia excusata est, ex qua super hoc cõstitutio ecclesiæ, quæ disponere potest, disponebat, ex quo probabili errore facti ad hoc ducebatur: vel dato ꝙ facto nõ excusaretur quo ad peccatum naturale, excusatur quo ad pœnas constitutionis ecclesiæ, vt est pœna exceptionis adulterij. Primũ magis mihi placet, si tamen per primã copulã nõ fuisset apta reddita viro, vel etiã per secundã, nõ credo ꝙ repelli posset, quia ex hoc non pateret adhuc de errore separationis

28 primi matrimonij certificati, vt sentit gl. ¶† Quæro, si mulier ꝑꝑ adulterium repellatur, an posit maritus stare cum secunda? dic ꝙ non, quia iam declaratur cum illa non esse matrimoniũ, quo ad substantiam vinculi, sed cũ prima, imo si ipsam cognosceret, posset repelli exceptione adulterij. ¶† Quæro secũdo, quid si mulier fuisset ingressa monasterium causa probandi, & ibi fecit relaxare instrumẽtũ, an posit reintegrari primo matrimonio? Dic ꝙ sic, quia redeundo ad seculum postea cõ-

30 pelleretur primo viro adhærere. ¶† Tertio q̃ro, quo respectu pōt dici fornicari faciendo se cognosci post votum solenne? Dicit gl. quod violando votũ, si est solenne (& sic debet litera intelligi) dr̃ cõmittere adulterium spirituale, quia violat fidẽ mariti spiritualis. s. Dei, & sic obstante fornicatione, illa repellitur sicut in carnali. Item quia ↄhendo de facto cum secundo dedit operã rei illicitæ, & sic cum non esset matrimoniũ cum eo, dr̃ fornicata propter votum. dr̃ etiam respectu ad primum

31 matrimoniũ, & sic pōt litera intelligi ſm gl. ¶† Quæro quarto, pono ꝙ separata est propter arctationem, ↄxit cum secundo, post primum coitum est petita à primo, & reddita, non inuenit eam capacem sibi, an sit restituenda secundo? Dicit gl. ꝙ sic, & est sic etiam post secundum & tertium coitum secundi, & sic in infinitum, ſm Io. gl. dicit, quod vsque ad tertiam vicẽ tantum, & non vltra, debet restitui primo, imo tantum manere cum secundo, qñ tantum duæ sententiæ post primam sunt ferendæ, quia tertio appellare non licet. 2. q. 7. si quis in quacunq;. ¶† No. mirabilem gl. quæ limitat, quod quotidie clamamus sententiã in matrimoniali causa non transire in rẽ iudi-

32

catam, quia hoc verū est per vnicam sñiam, & lapsum termini ad appellandū sed per binam cōfirmantem sic, quod no. & sic videmus q̄ interlocutoria non transit in rem iudicatā, quo ad iudicē, vt dixi de appel. c. cum cessante. Et tñ bis cōfirmata nō retractatur, vt in clem. cum à repulsione, de appella. & no. Dy. & Bar. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. quod est bene notandū. Sed vt dixi in c. consanguinei, & c. lator, de sent. & re iud. hanc gl. in hoc non credo verā in causa matrimoniali, quia nullum vinculū, quantumcunq; multiplicatum, potest firmare actū, ex quo surgit peccatū non remissibile per partē, aut iudicē. Itē in eo, quod gl. directè dicit, etiam neutra opi. placet Doct. quia absurdū est, & inhonestū, q̄ mulier se turpiter duob. exponat, nec transit cum modica verecundia vtriusq; cōiugis, vnde statim cū apparet cognita à secūdo, inspicietur primus vir, & ipsa, & secundus vir, & si habent similia mēbra, præsumitur, q̄ sit cognoscibilis primo viro, & ei reddetur. Host. dicit, q̄ primo restituetur, cū quo morabitur per triennīū interdicto facto secundo ne interim cū alia p̄hat, si potest cognosci intra triennīū, non mitteretur ad ſm: si vero intra triennium non potest cognosci, potest restituere secundo sine spe restitutionis de cętero faciendæ, & præsumitur maleficium perpetuū, ĵ. c. seq. Si vero interim secundus p̄hat cum alia, separabuntur, & tandiu separati remanebunt, quandiu sit triennīū lapsum, & sic apparebit an causa impedimenti fuerit temporalis, quia si primus ipsam sibi restituta cognoscat, tenebit matrimoniū ſm p̄ inter dictum p̄ctum, licèt p̄hens debeat puniri pœnitendo. Si vero nō potest cognosci à primo, separabitur, & restituetur ipsa viro secundo. Idem dicit de secunda vxore primi, & sic talia matrimonia pendent ex euentu. Et hæc sufficiant de isto secūdo.

33 ¶† Venio ad ver. per hæc autem decre. dicit per hęc duas quæstiones solutas, & non declarat quomodo. Dicit glo. q̄ prima intelligitē soluta per argm̄ à p̄rio sensu, ſ. in verbo, absq; periculo corporali. quia alio non patefacto, aut mulier est irreparabilis absq; periculo corporali, & non est matrimoniū. Aut est irreparabilis absq; periculo corporali, & est matrimoniū. Si tñ de facto incidatur, & cū periculo, & facta sit habilis, restituet primo viro. Et hoc dicit gl. in duobus locis, in verbo, simili, ad finē gl. in præcedenti parte, & dicit gl. in ver. debeat. Motiuum potuit esse gl. quia ea separata si per primā copulā non est reddita apta illi primo, illa copula consummauit matrimoniū cū secundo, ex quo non suberat impedimentum primi, quia illa nondū erat apta. Licèt ergo per alias copulas reddatur apta, p hoc non debet restitui primo, quia prius est consummatū matrimonium cum secundo, q̄ appareat declaratum primū subesse, & hanc opi. sequitur Vincen. Cōis opinio est in p̄riū, quia iam est apta facta per opus humanum absq; alio miraculo, ergo nunc declaratur matrimoniū semper fuisse cum primo. Igitur non valet ſm, quia nunc apparet, q̄ impedimentum fuit tē porale, & sic apparet testimonium matronarum fuisse falsum, & hoc tenet Host. Nec obstat motiuum gl. q̄ licèt non fuerit apta facta per primam copulam, propter hoc non fuit matrimonium cum secundo, quia prius habuit copulam, cū adhuc erat possibile ipsam fieri aptam primo per factum hominis. qđ euentus declarat. Hoc ergo intercedente apparet, q̄ ipsa fuit semper vxor primi, licèt nobis hoc non constaret antequā esset reddita apta, & sic concluditur, q̄ non est matrimoniū cum secundo, quia matrimoniū primum de præsenti præualet secundo de præsenti etiam cū copula. ſ. de spon. duo. c. fi. ¶ Venio ad vltimum ver. scilicet de talibus. dicitur q̄ finale iudiciū pendet in talibus ex futuro euentu, quia matrimoniū non potest esse in pendenti, vt patet in c. pen. ſ. de transla. præla. Solu. Matrimonium non potest esse in pendenti quo ad veritatem, & substantiam vinculi, quia vel statim est, vel nō est, sed bene certificatio, & declaratio an sit, quo ad nostri cognitionem, & sic potest esse in pendenti. Nam aut ista est cognoscibilis, & reparabilis aliter, quam per miraculum, & est matrimoniū, nec fingitur retro matrimonium declarato hoc, imò semper fuit. Item nec inceperit à tempore declarationis, imo fuit à principio: ergo solum retrotrahitur declaratio, & non substātia vinculi. gl. alleg. similia. Si autem subest impedimentum, & est irreparabile aliter, quàm per diuinum miraculum, semper non erat matrimoniū, & sic nullo tpe pendet quo ad substātiā, sed solum quo ad nostri certificationem. hic Doct. ponunt suā cōclusionem, quam ex certa scientia omitto, sed diçā ĵ. c. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimoniū separabitur, si vir maleficiatus nūquā potuit cognoscere vxorē, cui per triennīū cohabitauit ipsis cū septima manu hoc iurantibus.*
2 *Libelli practica quæ sit, quando mulier petit diuortiū pp impotētiā viri.*
3 *Virginitatis probandæ, & potentiæ coeundi, quæ sit practica in muliere, & quæ in viro, nu. seq.*
5 *Matrimonium propter impotentiam coeundi statim non separatur, vbi mulier non est de præsenti viripotens.*
6 *Si propter frigiditatem petatur dissolui matrimonium, an debeat expectari triennium.*
7 *Matrimonij separatio, qñ possit fieri ex impedimento frigiditatis.*
8 *Impotentiam coeundi vbi alter confitetur, & alter negat, quæ sufficiant ad probationem.*
9 *Matrimonij dissolutionem si quis nitatur propter impotentiam coeundi, an cogatur dicere ex qua causa vel frigiditatis, vel maleficio.*
10 *Matrimonij separationem vbi quis non potest petere ante tempus triennij, à quo tempore incipiat triennium.*
In matrimonij separatione pp frigiditatem, quid seruare habeat Iudex.
11 *Matrimonium per quæ verba Deus instituit.*

CAP. VII.

1 ITeræ. †Si vir maleficiatus nunquā potuit cognoscere vxorē, cui per triennīū cohabitauit, ipsis cum septima manu hoc iurantib. matrimonium separabitur. h. d. Et sunt duę partes. In prima narratur p̄sultatio. In secunda responsio. Secūda ibi, Quo

2 circa. ¶† No. primo practicā libelli in causa matrimoniali, qñ mulier petit diuortium pp impotentiam viri. Et no. q̄ de iure narratio debet præcedere conclusionē. & pondera, q̄ non sufficiat ad conclusionem libelli concludere, quod cognita non sit, nisi concludat, q̄ non sit cognita, & q̄ non habebat potentiā coeundi. ¶ No. secundo decre. quæ dat practicam procedendi, qñ vir negat habitū potentiæ coeūdi, tñ fatetur se mulieri

3 cognoscere non potuisse, vel non cognouisse. ¶† No. 3. practicam probandæ virginitatis, & coadiuuandæ probationis potentiæ coeundi. ſ. ex aspectu mulieris, & probatur aspectus virginitatis per matronas bonæ opinionis, & fide dignas, & in opere

4 re expertas. de prob. c. causam. ¶† No. 4. practicā cōcludendi, & probandi impotentiā coeundi in viro. Primo, si mulier est virgo, probari debet per aspectū corporis mulieris, & per matronas expertas ad cognoscendū virginitatē. Secundo inquiri debet, an maritus aliquā cognouerit, & debet inquisitio fieri p̄ parochiā, de qua est vir. & sic patet q̄ in causa matrimoniali pōt iudex ex officio procedere tanquā in causa, q̄ tangit mām peccati. Tertio, si appareat nullā cognouisse, debet inūgi vtrique, vt agant pœnitentiā de cōmissis, & triennio cohabitēt, & si post triennīū appareat, q̄ adhuc non habuerunt copulā, separādi sunt cū septima manu propinquorū. ¶† Obstat primo,

5 & vī, q̄ pp impotentiā coeundi statim non separantur coniuges, vt patet ſ. de desponsa. impu. c. de illis. Sol. p̄rium procedit in non viripotente pp ætatem, quæ statim separanda non est, vt ibi: hic loquitur in viripotente, quia magna & ætate habili, licet. n. virgo sit, est viripotens. ¶† Obuiat secundo, & vī, q̄ non debeat expectari triennium, imo statim debet fieri separatio cum iuramento propinquorū, vt patet ſ. eo. c. j. Sol. dicit gl. si petitur separatio propter frigiditatem, statim cū info propinquorum fit separatio, non expectato alio lapsu, vt in p̄rio. si petitur separatio propter maleficium, semper expectatur triennium, & non sufficiunt sola iuramenta propinquorū, & sic loquitur hic. quod autem hic fit separatio propter maleficium, patet literam intuenti, quia iste allegabat se impedituſ quo ad eam, & non quo ad alias, quod impedimentum est restringibile ad certam personā. Sed non sic in frigiditate, quia frigidus quo ad vnam personam est frigidus quo ad omnes, eo quia impedimentum à natura procedit. Ad hoc ſ. eo. c. ex litteris, & hoc sentit gl. 2. sed gl. in verbo, triennij, dicit directè oppositum, q̄ dato q̄ propter frigiditatē petatur separatio matrimonij, nihilominus exigitur probatio triēnij, alleg. ſ. eo. c. licet dabilē. & in Auth. de nup. §. occasionem. Et hoc idem tēs dicendum maleficiato. Et fortius Inno. tenet propter maleficium non fieri separationem. Ideo non est de tempore disputādum quo ad maleficium, secundum eum. Et sic in frigido exigitur triennium solum. non obstat hæc decret. quia debet intelligi de naturaliter frigido. Nec obstat q̄ hic allegat se potentem, quo ad alias, quia hæc erat allegatio, & patuit contrarium postea per inquisitionem factam. per quod dicit 33. q. j. si per obstetrias. est correctum. Hoc non placet Host. quia ex quo non corrigitur per ius, non debet per glossatorem corrigi. Alias sequeretur q̄ sequeretur absurdum, cum quotidie propter maleficium fiat separatio. & quod hic loquatur in maleficiato, patet, quia infra mandat eos pœnitentiam agere. Nam frigiditas naturalis non de facili solueretur per pœnitentiam, sed sic maleficium quia maleficium est impedimentum per accidens, frigiditas est impedimentum naturæ, nec dicit se inuenire, quod ad inuendum naturale impedimentum frigiditatis pœnitentia iungatur, quod non aduertebat Inno. secundum eum. dicit ē, quod in practica Constantini super rubrica de his, qui maleficijs impediti coire non possunt, inter cętera dicitur, quod maleficium fabarum pessimum est, quod magis diuinè, quàm humanè curari potest, quasi diceret ipsum non nisi miraculose curari, per quod habet ecclesia, quod maleficium potest ēē

perpetuum

perpetuum. Et consuluit hic Host. q recurratur ad illa, quæ ibi ponũtur, & alia remedia medicorum, licèt etiam quædam ex illis videantur superstitiosa. Tamen credendum est authori in facultate sua. Host. fm hoc remanet contrarietas, q & in frigiditate, & maleficio expectatur triennium. Et glo. 2. dicit contra: pro qua videtur casus in c.j. s. eo. & etiam ad hoc rubri. de frigi. & malefic. Antequàm concludam, expediam fm cõtrarium. Hic dr, q antequàm matrimonium soluatur, exigitur probatio triennij, & vltra hoc iuramenta propinquorum. hoc videtur falsum q sufficiat alterum trũ, s. probatio per aspectũ, & iuramentum matronarum, s. de prob proposuisti. & c. causam. Sol. dicit gl. q iuramenta propinquorum sufficiunt cum iuramentis illarum matronarum, si alter ipsorum negat: si autem vterq; ꝓfitetur, sufficiunt sola iura propinquorum: & hoc quoad necessariam requisitionem. De cautela tn est, q omnia remedia, quæ possunt adhiberi, adhibeantur propter periculũ animæ: & quia materia est dubia, & cautius est agendum, vbi maius vertitur periculum. Si tũ alterum omitteretur, valeret quod ageretur: sic possunt ergo breuiter omnia concordari. ¶ Hæc doctrina multum est larga. mãm istam tangunt Doct. hic, in c. fraternitatis, & c. laudabilẽ, & s. eo. c. j. Hic est aduertendum q plura possunt concurrere impedimenta ex parte mulieris, & non inuenio ex parte sua, nisi duo. Impedimentũ arctationis, & impedimentũ maleficij. posset ẽt in ea esse impedimentũ frigiditatis, sed de eo non faciunt mentionẽ iura: quia quasi impossibile est probare, vt puto. nã dato q mulier non resoluat, si habet apta mẽbra vt recipiat copulã, difficile erit oñdere, q non resoluat: vnde de isto impedimento nõ inuenio q iura faciant mentionẽ. Ex parte viri inueniuntur esse plura impedimenta. Primo impedimentũ frigiditatis, & impedimẽtũ defectus mẽbri: quia siccũ, vel castratus, vel mẽbrum non est erigibile. Itẽ est impedimentũ maleficij: quoddam est impedimentũ mistũ, vt qa vir hẽt mẽbrũ carnosum, ita q non est ꝓportionabile cõiugi: hoc ꝓtingit pp arctationẽ mulieris, & propter carnositatẽ mẽbri viri. Secundo præmitto principaliter q in probatione facienda impotentiæ cocundi iura inueniunt remedia. Q fiq; fit probatior per euidentia, & indubitata signa impotentiæ. Q uandoq; per dubitabilia, & verisimilia. Quandoq; per oĩa dubitabilia, & vbi occurrit dubitatio, occurrit in coadiuuanda probatione. Q uandoq; corporis aspectus. Quandoq; iura propinquorũ. Q uandoq; ꝓbatio triennij. ¶ Videamus ergo discurrẽdo per omnia ista, quãdo possit ex impedimento fieri separatio, & qualiter talia impedimẽta ꝓbentur. & hic aduertendũ, ꝙcludendo totũ. Q uandoque vterq; ꝓiugũ ꝓfitetur impedimentũ actu, & habitu. Q uãdoq; vterq; ꝓfitetur impedimentum actu inter se, sed negatur habitu. Quandoq; alter ꝓfitet impedimentũ, & alter negat & actu, & habitu. Si vterq; ꝓfiteat impedimentũ actu & habitu: & non sufficit probatio ꝓfessionis, ne inuicẽ colludant, vt in c. super eo. s. de eo, qui cog. ꝓsang. vxo. suę. nec ẽt sufficit ꝓbatio per aspectum virginitatis ꝓiugis, vt in c.j. s. eo. & c. laudabilẽ. sed exigitur vltra hoc probatio per iura propinquorum, vt in dicto c. laudabilem. Nunquid aũt vltra hoc exigatur probatio ꝙ cohabitationem triennij. Dico, q Inno. est ꝑrius. Q uandoq; distinxit qualitatem impedimenti: & sic intelligit s. c. j. Q uandoq; dicit indistinctẽ, hoc casu nõ exigitur probatio triennij: & sic intelligitur s. eo. c. laudabilẽ. & ad hoc facit optimè ille tex. nec obstat c. fi. quia, vt ibi dixi, loquitur in alio casu: s. quãdo fatentur actũ, sed non impotentiã in habitu cocundi. Credo q tutius sit tenere, q distinguatur inter qualitatẽ & cuidẽtiam impedimẽti, prout statim dicetur in sequenti membro. Ad hoc s. c. fraternitatis. ad fi. & qd hic dicit gl. fi. & quod no. s. eo. c. jij. casu principali. Q fiq; vterq; tatetur defectum copulę in actu, sed alter negat potentiã in habitu: tunc seruanda est hæc decre. vt probentur aspectu, & vltra hoc exigantur iura propinquorum, & etiam exigatur probatio triennij: & hoc tutius puto seruare: & magis de cautela, q̃ de necessitate ex toto, vt dicit gl. Sed satis puto, q seruanda sit distinctio, quã dicã infra in tertio casu. ¶ V enio igitur ad tertium casum: quãdo alter confitetur impotentiam, & alter negat: & hic aduertendum ad impedimenta. Q uandoq; allegatur impedimentum, quod ẽt euidentia, & infallibilia signa: & tũc hoc sufficit absq; iuramẽtis propinquorũ, & absq; triennij cohabitatione: exemplum in castrato vtroq; testiculo, vel quia hẽt virilia abscisa, vel similia: & hoc ex parte viri. Itẽ exẽplum quando hẽt siccum mẽbrum. Sed in hoc sunt opi. Inno. dicit hoc euidens in laudabilẽ, s. eo. & hoc sequitur Pe. de San. ibidem. Innoc. etiam in c.j. s. eo. dicit q hoc non est omnino euidens: quia est possibile, q sicut emittit vrinam, ita possit semen emittere: & hoc est mihi visum tutius, vt dixi in dicto cap. laudabilem. Item exemplificant aliqui in muliere arcta, quasi illud sit omnino indubitatum: & sic sentiunt Doct. in cap. laudabilem, vt ibi dixi. & glo. j. in c. fraternitatis, s. eo. c. j. & Host. tenet contra. & hoc placet: quia arctatio non potest cognosci, nisi ꝙ matronas, quarum oculus fallitur. Posset tamen talis esse arctatio, q forte esset cuidens signum, vt si mulier non omnino haberet, & statur dicto medicorum, ipsam omnino esse irreparabilem: & tunc fateor q his casibus non exigeretur aliud iuramentũ propinquorum. sic intelligit c. laudabilem s. eo. j. rñso, secundum vnum intellectum: & sic posset saluari glos. in dicto c. j. Q uandoq; apparet impotentia per euidentia, & verisimilia signa, sed non omnino certa, vt quia masculus habet membrum siccum: & hoc casu sufficiunt iuramenta propinquorũ, & non exigitur probatio triẽnij, vt dixi in dicto c. laudabilem, & s. c. j. Similiter potest dici in muliere, quæ apparet arcta. Sic debet intelligi c. fraternitatis, s. eo. Nam ibi non fit mentio de aliquà probatione triennij. Q uandoq; signa sunt probabiliter dubia: & tunc impedimentũ, qd allegatur, est maleficiũ: & est hic dicendum q aut præcesit matrimonium, & separatur mfi moniũ: probatur tn cum iuramentis propinquorum, & aspectu mulieris, si potest: & vltra hoc exigitur ꝓbatio triennij in tali maleficio, si subsecutum est: & ideo in dubio præsumit præcessisse, vt dixi s. c. fraternitatis. & hoc sequẽdo veram opinionem. Nam opin. sunt, an pp maleficiũ separetur mfimoniũ, vt supra dixi. aut est impedimentũ frigiditatis: & tunc aut diu cohabitauerunt, & mulier est cognita aliàs: & non põt separari, vt no. s. eo. c. j. & ei imputandum est, q tandiu tacuit. & hoc maxime procedit, quando mulier gerebat se pro virgine: quia si alleget se ab alio corruptam, allegat turpitudinẽ suam. de dona. c. Inter dilectos. Aut mulier est virgo, & modicum, vel diu cohabitauit (& quando modicum, vel diu dicatur, dic vt d. c. j.) & tunc dico distinguendum de ætate: aut sunt in plena ætate, scilicet octodecim annorum: & sufficiunt iuramenta propinquorum, & ipsorum coniugum, secundum formam c. laudabilem, s. eo. titu. nec exigatur probatio triennij. Aut si sunt proxima ætate: & tunc inquantum distant a 18. anno, in tantum tempus exigitur inter eos probatio, vt si distent per triennũ, exigitur triennium. Si per biennium, exigitur bienniũ: si annus, annus: si mensis, mensis. Hoc declara, & prout dixi in c. laudabilem, s. eo. Q uandoq; nullum apparet signum: quia vir habeat lanceã rectam, & aptam: & quidam dicunt q separabitur, si mulier iurat se incognitam cum septem consanguineis. & alleg. 32. qõ. j. c. 2. dicunt Doc. in d. c. laudabilem. quod tũc vir interrogabit: & si iuret quod eam cognouit, credetur ei quando est vidua, & cognita: vel si iuret quod eam posset cognoscere, sustinere dẽt q mulieres hoc inspiciant tẽpore coitus. Certa enim signa sũt in mulieribus, quando dicuntur cognitę: & si mulieres referãt q nihil fecit, poterit separari. Q uandoq; allegatur impedimẽtum ex parte mulieris, scilicet arctationis, nõ in euidẽti: & tũc aut mulier est irreparabilis humano opere absque miraculo, & absq; mortis periculo: & tunc matrimonium separatur cum iuramentis propinquorum. Aut est reparabilis opere medicorum: & non separatur mfimonium cum iuramẽtis. Q uic quid tamen dicatur, pendente dubio si apparet reparata, & secundo cognita, matrimonium primũ est reintegradũ. quia veritas ostendit ipsam humano opere reparatam. Hoc autem nõ procedit in maleficiato: quia dato q ab alio sit cognita, ꝑpter hoc tn nõ apparet q sit cognoscibilis quo ad virum. Primum ideo mfimonium non integratur, quia hoc impedimentũ est ad certam personã restringibile, vt dixi s. ca. prox. qđ non est in frigiditate: hæc vera, qñ reparatur opere medicorũ. Si aũt per copulam alterius: & tunc si statim apparet apta primo viro, & hoc cõstat, restituenda: & si statim apparet q non fuit apta, nõ restituitur statim, sed expectãtur aliæ copulæ, si saltem per illas efficietur apta primo, & reintegratur primum mfimoniũ: nec puto, q tunc posset repelli exceptione adulterij, donec deueniat ad copulã, per quã efficitur apta post illã scienter patiens: quia tũc posset à primo viro repelli exceptione adulterij. s. eo. c. fraternitatis. In dubio enim eo, q est cognita à secundo viro debet restitui primo, & si tunc non appareat apta primo viro, quid faciendum, dixi in d. c. fraternitatis. Q uandoq; petitur separatio ex iusta causa, vt quia dr virum habere membrũ impropportionabile mulieri: & potest separari cũ solennitate, de qua s. in d. c. fraternitatis. cum distinctione. Aut mulier iam recepit delectationem in omnibus membris, puta quia peruenit ad ętatem 15. annorum, vel 16. & tunc separabitur cũ solennitate, de qua ibi, nec expectabitur aliud tẽpus: & si propter hoc sit separata, & ab alio cognita, dicunt Doct. in c. fraternitatis, q non restituetur primo viro: qa secundus in lancea non præsumitur similis primo. Si vero nondum peruenit ad ętatem, quia non recepit membri delectationẽ: & tunc non est separãda, nisi probetur triennio, vel tanto tẽpore, q deueniat ad plenam ętatẽ: & si sit separata, & postmodũ cognoscatur ab alio, restituenda est primo viro: quia apparet q sententia diuortij

fuit errore lata. Consilium est tñ q̃ Iudex laboret plus in abundando in probationib. q̃ in deficiẽdo, per c. fraternitatis, ad fi. ẽ. eo. & dicit glo. hic, & Doc. ẽ. eo. c. j. vltra hoc, si vir habet pollutionem dormiendo, est signum quòd non est frigidus. Idem si erigat lanceam. ¶ Obst. hic exiguntur iuramenta propinquorum septem: videtur q̃ sufficiant duo testes. 35. q. 6. si duo. Quidam dicunt, vt la. q̃ si plures haberi nõ possunt, sufficiunt duo testes, dummodò de hoc sit fama. Vinc. dicit q̃ non mutando formam hic constitutam, vt scilicet habeantur septem propinqui, si non possunt haberi, habeantur vicini, qui super probabilem cãm, puta inimicitiarum, vel qa extraneus est, nõ possent
9 haberi, dicit pauciores sufficere: aliàs nõ. ¶†Quæro, an petẽs separationem pp impotẽtiam coeundi, cogatur dicere ex qua causa, vel frigiditatis, vel maleficio? Dicunt Doc. q̃ non, vt patet ex tex. ibi, non habebat. Ad hoc, ẽ. de iudi. c. dilecti. & sufficit quecunq; causa, dũmodo sit perpetua. ẽ. eod. quod fedẽ, ſm Host. dicit tñ gl. Ioã. 33. q. j. c. 2. differentiam esse, an agat ex certa cã, an simpliciter: quia primo casu posset ãgere ex alia. Sed ò quia videtur omne ius in iudicium deduxisse, nec plus audiretur. ff. de exce. rei iud. l. & an eadem, §. actiones: & seq. & de sen
10 ten. & re iud. c. abbate, & ca. sanè. ¶†Quæro, à quo tpe currat terminus triennij hic statuti? Quidam dicũt, q̃ a confessione, & præcepto, vt patet ibi, quo post terminos. quasi dicat, eo q̃ confessi sunt, statuẽdus est terminus per Iudicem. Et dicit Ho. q̃ hoc est tutius: quia si peccatum est in cauta, nihil prodest tẽpus, quod penitentiam præcessisset. Alij dicũt computandum terminum, qualitercũq; morã fecerit. Alij q̃ post morã litem tempus est computandum. Veritas est q̃ computandus est à tẽpore, quo egerit penitentiam, & factum sit præceptum: & dicit q̃ non licet in hoc casu abbreuiare. Quærit Ho. quod si vir sit suspectus, q̃ faciat mulierẽ corrumpi, forte pp magnã eius hæreditatem: dicit q̃ recurrendum est ad cõsilium, ẽ. de spon. c. cum locum. ¶ Quæro, quid si per alterum stat q̃ morari non vult? Dicit q̃ excõicandus est: & tãdem distringetur per curiã secularem. de iud. c. cum non ab homine. Et idem fiet, si per eũ stet quo minus tentet. Quid si dicat q̃ ita abhorret q̃ nec inuenit quod in corde suo tenet: non creditur ei, qui cauere sibi debuit ab initio. C. de act. & obli. l. sicut. nisi forte euidens esset error causa, vt patet ex no. de coniu. lepro. ca. 2. Caueat tamen Iudex q̃ matrimonium non dirimat, nisi cum hac solẽnitate: & sic in hoc casu, sicut in multis, priuatur quis iure suo sine cul
11 pa, sed non sine causa: quia etiam non sequitur veritatem ecclesia, quã nescit, sed opi. de sen. excom, à nobis, el 2. ¶†Quæro, per quę verba Deus instituit mſimoniũ? glo. dicit, q̃ quidã dicunt q̃ per illa verba, Hoc nunc os ex ossibus meis; &c. Hãc opinionẽ sequitur Hostiẽ. Alij, q̃ illa verba fuerunt prolata ab Adam, ẽ. de big. c. debitum. Ho. dicit q̃ protulit ore prophetico, 37. q. 2. c. lex diuina. vnde dicũt q̃ per illa verba, Crescite & multiplicamini, &c. quæ fuerunt prolata ab ipso Domino. Sed dicit Ho. q̃ illa verba fuerunt dicta Noe, & filijs iampridẽ vxoratis, Gene. j. de hoc. 27. q. j. in prin. Vnde prima opi. placet Io. And. alle. no. de voto, c. j. lib. 6. Sed vltimo p hãc decr. dicit Ho. q̃ scrum mſimonij habet præeminentiã rõne sui, authoris: qa cum alia ab homine, hoc autem a solo Deo: & rõne status, qa hoc institutum fuit añ peccatũ. Itẽ rõne loci, qa in paradiso. Itẽ rõne tporis, qa ab initio Mundi. Itẽ rõne significati. de big. c. debitum. Ratione priuilegij: qa opus, qđ alias esset peccatum, fecit non esse peccatũ. Ho. item Deus fecit mſimonij institutionẽ ipso facto, qđ est plus, q̃ verbo facere. ff. de leg. l. de quib. demõstrationẽ aũt facti fecit ore ꝓphetico, dicẽdo. Nũc os ex ossibus meis, &c. ¶ Per hęc verba dicit aliqua notãda circa hoc sacramentũ, in quib. alter alteri est obligatus. Primo vi tę subtentatiõnẽ, & subuentionẽ ibi, os ex ossibus meis, &c. Item intimam dilectionem ibi, caro. Religionis conformitatem ibi, de carne. quasi de genere, & de fide sua ipsam vxorem diligere dẽat. Vinculi indissolubilitatẽ ibi, ꝓpter hoc. scilicet sacramentũ mſimoniale, relinquet homo. Prohibitionẽ duarum personarũ ibi, patris & filiæ: matris & filij ibi, patrẽ & matrem. Si enim ꝓhẽs hos relinquere iubetur, ergo ꝓhibeẽ cũ eis ꝓhere. Sexuum ꝓformitatẽ ibi, Homo. & ibi, vxori. non dicit homo homini, & vxor vxori. Debiti redditionẽ. ibi, & adhærebit. Fidem, & spontaneũ ꝓsensum, quo ꝓhitur, ibi: vxori suę. & ibi erunt. scilicet simul iuncti per cohsensum, & copulã cognoscendi intentionẽ. Et ibi etiam tangitur boni prolis ibi, in carne vna, & ibi &c. Tangitur sacramenti significatio, scilicet q̃ non diuidatur in plures. 34. di. Valentino. Non ergo mirum, si non rescinditur de facili tantum sacrm. Ad qđ accedat qđ no. de consang. & affi. c. de infidelib. de spon. duo. c. j. de spon. c. is, q̃ fidẽ. de big. debitũ. de transla. prela. c. inter corporalia. Ho.

De matrimonio cõtrac. cõtra ĩterdic. ecclesiã. Rub.

¶ Post alia impedimẽta, quæ impediũt, & dirimũt, ponit de impedimento interdicti, quod non dirimit, ſm Da. & Gofr. Vſm Hosti. quia aliquando interdictum sit ex causa perpetua aliquando ex temporali, aliquando separat ad tempus, aliquando in perpetum: & in hoc similiter est de impedimento de quo præmisit: ideo &c. Materia habetur 33. q. 4. cap. non oportet. & tribus cap. sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum contra ecclesiæ interdictum non dirimitur.*
2 *Matrimonium contrahere potest frater nomine sororis.*
3 *Sponsalia de futuro quo actu transeant in matrimonium. 7. & 9.*
4 *Matrimonium non contrahit consanguineus sponsus cum sponsa consanguinei. nu. 11.*
5 *Matrimonium non redditur nullum solo hominis interdicto.*
6 *Ex matrimonio contracto à patre nomine filij obligatur filius.*
8 *Obligatus in quo videatur, qui promisit factum alienum.*
10 *Appellatione emissa iudex à quo potest se intromittere de negocio, dum est appellatum.*

CAP. I.

1 Literæ. † Matrimonium contra interdictum ecclesiæ, vel iudicis cõtractum, propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen penitentia sic contrahentibus, & separabuntur, donec cognoscatur de causa interdicti. hoc dicit. Et sunt duę partes. In prima facti narratio. In secunda responsio. Secunda ibi, mandamus. ¶ †
2 Nota primo, quem posse se obligare ad contractum matrimonij pro sorore, & sic simpliciter promittendo, & iurando q̃ contrahat, in materia canonica videtur promittere se facturum & curaturum q̃ illa contrahat. Et nota q̃ extra contractu soror nõ obligatur, nisi sit præsens, & consentiens. Et no. q̃ ex iure canonico quis cogitur ex iuramento nudo.
3 ¶†Nota secundò, q̃ per alium actum à copula, à quo etiã intelligitur tacitus consensus in coniugem, non transeunt sponsalia in matrimonium: vnde non per actum traditionis dentiorum, vel amplexus. ¶†No. tertio, nullum consanguineum sponsi posse contrahere cum sponsa consanguinei, obuiante
5 publicę honestatis iustitia. ¶†No. quarto, q̃ ex solo interdicto hominis matrimonium post contractũ non redditur nullum, sed bene potest ad tempus propter contemptum suspendi. vide de despon. impu. c. ad dissoluendum, ad fi. de matrim.
6 contrac. c. j. ¶† Obstat primo, q̃ mulier non fuit adstricta matrimonio contracto per fratrem: quia speciale est in patre, vt nomine filij possit contrahere matrimonium, ita q̃ filius, vel filia obligetur. ff. de spon. l. si patris, & l. seq. C. de nup. l. vide. Sol. dicit & quod sentit gl. Inn. q̃ mulier hic consentit corde & ore, & sic expresse: nam sicut potuerũt ꝑhi sponsalia per procuratorem, ita ẽt per fratrem: aliàs dicit q̃ per fratrem non ꝓhantur, nisi soror consentiret expresse: quia speciale est in patre, vt nomine filij præsentis, & non ꝓtradicentis possit ꝑhere sponsalia, & in tutore: aliàs secus. C. de sponsl. si puellæ. & li pater. Nec obstat ẽ. de spõ. ad id, quod. quia ibi interuenit carnalis copula: aliàs non iudicaretur matrimonium. Host. tenet ꝑ: quia tacitus consensus, dummodo probari possit, facit matrimonium, vt no. de spon. c. cum apud. & c. tuæ, & c. fi. de coniug. lepro. sed ex quo mulier hẽt ętatem consensus eius attenditur secundũ canones, non patris, vt patet de despon. impub. c. j. Ex quo igitur soror est presens, non exigitur de necessitate consensus eius expressus: imo ex quo non contradicit, ſ mittur consentire, ff. mand. l. qui patitur. Si enim expresse consensisset, frustra redderet litera verba sequentia, quę probant tacitum consensum. Vide quod no. de despon. impub. c. j. li
7 vbi hęc gl. approbatur. tene quod ibi no. sup gl. ¶† Obst. 2. q̃ amplexum hæc sponsalia debent trãsire in matrimonium. de despon. impub. c. j. li. 6. Sol. illud procedit in sponsalibus de futuro interpretatione iuris de presenti quo ad verba: hic in ipsalibus, & quò ad veritatem de futuro, & ẽt interpretatione quæ per talia signa non transeunt in mſimonium: quia nec nisum carnalis copulæ, quod plus est. de spõ. c. fi. & vide quod no. hic, in c. is, qui. de spon. & c. attestationes. de despõ. impub.
8 ¶† Obstat tertio, quia vſ q̃ frater ex hac promissione nõ obligatur: quia promittat factum alienum. ff. de ver. obli. li. stipulatio. Solu. dicit, q̃ in hac mã in dubio vſ promittere se facturum
9 & curaturum. ff. de ver. obli. l. quoties. & sic obligatur. ¶† Obstat quarto, quia vſ q̃ si amplexata est ipsum tanquam virum, q̃ hic sit matrimonium: quia hic adest consensus de præsenti dic q̃ amplexata est tanquam futurum virum, quod in dubio præsumitur: non tãquã virum de presenti, quia talis actus in
10 duceret matrimonium, quod no. ¶† Obstat quinto, quia vſ q̃ nõ debuit iudex à quo se intromittere aliquo modo de facto mulieris ex quo pendebat appellatio, ẽt ex delegatione Papę, quia non debet iudex à quo se intromittere de negotijs appellationis. de appel. c. interposita. Solu. dicit glos. quòd ideo se intro-

se intromittit, quia non tenuit appellatio, vel quia ipsa nō fuit prosecuta suam appellationem, & eps factum significauit Papæ, & Papa mādat, q̄ est in litera. deinde gl. colligit notabilia, & est clara. ¶†Obstat 6. quia videtur q̄ non sit permittenda re
11 berti ad tertium, quia licèt contraxerit cum fratre sui sponsi, per hoc non erant soluta sponsalia prima, quia publica honestas soluit sequentia sponsalia, & non precedentia. de despon. impu. c. j. li. 6. & sic videtur q̄ remanserint prima spōsalia. Sol. dic, quod vel primus sponsus erat mortuus, vel ipsa fuit cognita à secundo, & sic affinitas habet dissoluere sponsalia. Vel dic & verius, quod ex quo contraxit de præsenti cum tertio, illa vt potentius vinculum deberet præualere. s̄. de sponſ. & matrim. c. veniens, & c. ad audientiam.

SVMMARIVM.

1 *Obligatur filius, vel filia ex matrimonio contracto à patre nomine filij, etiam absentis. 7.*
2 *Attentanda potest Iudex ex officio prohibere per partes sub pœna excommunicationis.*
3 *Appellatione legitima pendente, cui etiam Iudex à quo detulit, non suspenditur iudicis à quo potestas ad prohibenda attentata.*
4 *Matrimonium post sponsalia de futuro cum alio, quàm cum spōsa, vt fortius vinculum, tollit sponsalia.*
5 *Matrimonium contra prohibitionem Iudicis licèt contractum teneat, potest tamen pœnitentia imponi propter contemptum prohibitionis.*
6 *Prohibitio iudicis vbi nō ligat prohibitum quo ad matrimonium, an procedat etiam in alijs actibus à matrimonio.*
7 *Iudex à quo appellationē pendente potest se intromittere de causa, à qua fuit appellatum.*

CAP. II.

IX literis. Summatū est s̄. eo. ca. proxi. & sunt duę partes. In prima narrat factum. In secunda illud diffiniendo cōmittit. ¶†No. j. patrē posse contrahere matrimoniū pro filia absente.
1 ¶No. 2. q̄ iudex potest ex officio lite pendente prohibere attentāda per partes sub excōicationis pœna, siue pēdeat prima lis, siue pendeat lis per appellationē. ¶†No. 3. q̄ appellatione pendente legitima, & cui etiam iudex detulit, non extinguit, vel suspenditur iudicis potestas quo ad prohibenda attentata, & sic non suspenditur quo ad illa, quæ tendunt ad faciliorem appellationis exitum, quæ possunt fieri per iudicem absq; prę-
2 iudicio cognitionis appellationis. Ad hoc s̄. de app. c. cū sic, & c. cum tencamur, & c. qua fronte. vbi dixi, & allegaui istum
3 tex. cū gl. sua. ¶†No. 4. q̄ matrimonium post sponsalia de futuro cum alio, q̄ cum sponsa, vt fortius vinculum, tollit sponsalia, quanquam sit ↄ præceptum iudicis ↄctum, & sic solo iudicis interdicto non soluitur matrimonium. de spon. duo. c. tua.
4 de despon. impub. c. ad dissoluēdum. ¶†No. 5. q̄ propter prohibitionem imponenda est pœnitentia, si actus post prohibitionem non redditur nullus. ¶†Quid in alijs actibus à matri-
5 monio? habes bonum tex. & gl. s̄. de resti. in integ. ca. j. & 2. &
6 vbi dixi. de consue. c. quanto. ¶†Obstat primo, quia non videtur quòd sponsalia hæc valeant, cum in talibus exigatur consensus filiæ. s̄. de sponsa. c. tuæ, & hic erat absens. Sol. Dic, q̄ ipsa mulier postea consensit, alias non tenuissent sponsalia, & sic
7 inter absentes contrahuntur sponsalia. ¶†Obstat secundo, qa videtur q̄ iudex appellatione pendente non possit se intromittere de causa, super qua est appellatum, maximè si detulit. 2. q. j. nomine. de offi. leg. licet. de appel. c. interposita. & ca. cū appellationibus, li. 6. Sol. Potest se intromittere ad prohibenda attentanda, & terminum statuendo, sed nō de causa cognoscendo. Inno. dicit hoc speciale in fauore matrimonij, & propter animarum periculum. Ioan. And. remittit de appel. cum tenemur, & ca. cum appellationibus, de appella. lib. 6. Dic, & hæc est veritas, attentare potest iudex à quo tendentia in facilorem exitum appellationis, dum tamen non assumat cognitionem negocij, sed non tendentia in præiudicium appellationis, vt in contrario.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum contra ecclesiæ interdictum non est nullum, sed propter contemptum ad tempus separatur, donec de causa cognitū sit.*
2 *Excommunicatus ad tempus an lapso tempore sit liberatus absque alia absolutione.*
Absolutio an sit necessaria excommunicato ad tempus lapso tempore.

CAP. III.

DE muliere. †Matrimonium contractū contra interdictum ecclesiæ non est nullum, sed propter contemptum ad tempus separatur, donec de causa cognoscatur. h. d. Communis diuitio. ¶No. primo officium iudicis lite pendente super matrimonio contrahendo, vt interim inhibeat ↄctum. ¶No. secundo modum procedendi contra venientes ↄ interdictum: quia separandi sunt, & per excōicationem compellēdi, donec cognoscatur an subsit impedimentum, de quo opponitur, & videtur q̄ ipso facto sunt excōicati ↄhentes in gradu prohibito, vt in cle. eos, qui. de consang. & affi. hoc olim, illud hodie.
2 Gl. oppo. c. tua, s̄. de sponsa duo. & ibi remittit. ¶†Quærit gl. an hic excōicatus ad tempus lapso tempore sit liberatus absq; alia absolutione? Gl. dicit q̄ sic. Tutius tamen dicit esse q̄ absoluatur ad cautelam. Io. An. dicit hoc de necessitate, scilicet q̄ in sententia excōicationis exigetur absolutio, quia exigitur certa forma in absoluendo. de sen. excom. c. cum desideres, & c. in nobis. In sententia autem interdicti, vel suspensionis non est necessaria absolutio, quia illorum absolutione non seruatur forma solennis, sed sufficit dicere, Absoluo te, vel relaxo interdictum in te latum, quod dic vt s̄. de testi. c. veniens, el 2. & vide quod no. de æta. & qual. c. cum bonæ. Per hoc videtur concludi, quod in sententia lata à Papa, cuius verba non sunt subiecta dispositioni iuris, quod lapso tempore esset absolutus, argumento cle. si sumus, de sen. excom. Quod puto verū, si constaret de voluntate eius. Sed in dubio videtur velle vti potestate ordinaria, prout est iuri submissa, non potestate inordinata. Ideo videtur voluisse quod forma ecclesiæ seruata absoluatur, & sic erit idem in Papa.

Qui filij sint legitimi. Rubrica.

¶Viso de impedimento matrimonij, quia apparente de impedimento filij suscepti illegitimi quando sunt proditi ex tali matrimonio contra interdictum ecclesiæ contracto. ideo &c. De materia 26. dist. deinde. 24. dist. si quis viduam. & 15. q. vlt. & 32. q. 4. dicat. & c. fi. 35. q. 7. cum vno, &c.

SVMMARIVM.

1 *Legitimātur filij naturales geniti ex soluto & soluta per subsequens matrimonium.*
2 *Agere potest maritus pro vxore, tanquam persona coniuncta.*
3 *Exhæredationis actus cui conueniat.*
4 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de legitimitate filiorum.*
5 *Sententia super legitimitate, quomodo sit proferenda.*
6 *Iudex ecclesiasticus quo casu potest cognoscere de re merè reali inter puros laicos.*

CAP. I.

QUonquestus. † Naturalis ex soluto genitus & soluta, legitimatur per subsequens coniugium parentum. h. d. Primo impe-
2 trantis querela. Secūdo causæ cognitio. ¶†No. primo, q̄ maritus potest agere pro muliere tanquam coniuncta persona, & literas impetrare. de quo s̄. de rescrip. c. nonnulli.
3 ¶†No. secundo, q̄ actus exhæredationis non solum conuenit testanti, à quo dare hæreditatem penderet facultas, sed etiam alteri, à quo nō peruenit hæreditas, qui conatur hæreditatem aliàs sibi prouenientem impedire. ¶No. tertio, q̄ proles nata ante matrimonium legitimatur per subsequens matrimoniū cum matre prolis, etiam quo ad finem habilitandi quo ad successionem paternam cum alijs filijs. ¶†No. quarto, quod ad
4 iudicium ecclesiæ spectat cognoscere de legitimitate prolis, quando prouenit, & pendet quæstio ex viribus matrimonij, etiam quo ad finem successionis hæreditariæ, & sic ad quem spectat cognitio principalis, spectat cognitio & accessorij, vel à principali dependenti. cōcor. de do. inter vir. & vxo. c. de pru-
5 dentia. ¶†No. quinto practicam sententiæ super legitimitate super illo, qui apparere debet legitimus, quia dicit, debet pronunciari, & declarari legitimus, & quod omnis quæstio surgēs ex illa decisa spectat ad iudicem pronunciantem super legitimitate. Et no. qnod super ea procedit exequēdo. Huic decret.
6 tantum † vnum obstat, scilicet defectus potestatis Papæ in deleganda causa hæreditatis, cum sit quæstio inter laicos, nec est de causis spectantibus ad iudiciū ecclesiæ. de iud. nouit. vt patet j. eo. causam. Sol. Quandoque sunt laici de iurisdictione tē porali ecclesiæ, & ecclesia potest cognoscere. sic potest loqui hic. Quandoq; non sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ: & tūc aut quæstio hæreditatis mouetur principaliter, ita quod non venit accessoriè ad causam legitimitatis, vt quia moueretur quæstio proprietatis etiam ex altera causa quàm legitimitatis, vel moueretur quæstio possessoria ipsius hæreditatis, & de ea se non intromittit ecclesia. Quandoq; venit incidenter, & consecutiuè ad causam legitimitatis, vt quia mouetur quæstio hæreditatis solum propter hoc, quia dicitur quis illegitimus, & tunc de hoc iudicat ecclesia, quia eo quod datur molestatio hereditatis propter illegitimitatem, immediatè tangitur causa, quæ spectat ad iudicium ecclesiæ, & id, de quo iudicauit ecclesia, molestare non constat in sua firmitate, pro tanto de hoc spectat ad ecclesiam iudicare. Et maximè hoc est verum, si persona est miserabilis. de foro compe. c. ex parte B. & sic potest loqui hæc decret. secundum Innoc.

Anto. de Butrio super quarto Decretal.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio separato, in forma ecclesiæ contracto, filij geniti ante sententiam, sunt legitimi.*
2 *Ad legitimitatem filiorum inspicitur status coniugum secundum tempus conceptionis, & non secundum natiuitatis.*
3 *Filius conceptus habetur pro nato.*
Substitutis, vel institutis filijs Titij, si sit vnus in ventre matris, habetur is pro nato.
4 *Hæreditatis quæstio inter meros laicos quo casu potest coram iudice ecclesiastico decidi.*
5 *Filij legitimi duo iura dicuntur habere in rebus patris.*
6 *Legitimi filij vt præsumantur, quæ requirantur.*
7 *Filius conceptus existens in vtero matris, quo casu pro nato habeatur.*
8 *Alimẽtari à quo debeat puer pendente ꝙstione super legitimitate eiusdẽ.*

CAP. II.

1 Vm inter. †Separato matrimonio in forma ecclesiæ contracto, filij geniti, vel concepti ante sentẽtiam, legitimi sunt. h.d. Primo ponit causam diffinitionis. Secundo diffinit. Secũda ibi, ideoq; ¶ No. primo ex summario, ꝙ separato matrimonio in facie ecclesiæ contracto, proles inde prodita ante sepa-
2 rationem, vel concepta, est legitima. ¶†No. secundo, ꝙ ad consi derandum legitimitatem filij inspicitur status coniugum ſm
3 tempus conceptionis, non secundum natiuitatis, † quia filius conceptus habetur pro nato, vbi agitur de eius commodo, euẽ tus ergo postea secutus non nocet ventri. ff. de sta. ho. l. qui in
4 vtero. ¶†No. tertio, ꝙ ad ecclesiam spectat iudicare de hæreditate, & inter puros laicos, prout quæstio hæreditatis venit cõ secutiuè ad legitimitatẽ, & sic quæstio principalis trahit quæstionem incidentem ad forum suum, & ad naturam. Ad hoc,
5 s̃. c. proxi. & c. 3. j. de dona. inter vir. & vxo. ¶†No. quarto duo iura, quæ debentur proli legitimæ, scilicet hæreditas paterna, & ius alimentandi. Idem de illegitima quo ad hoc vltimũ,
6 vt patet s̃. de eo, qui dux. in matri. c. cum haberet. ¶†No. quin tò duo, quæ copulatiuè exiguntur, vt proles sit legitima, scilicet vt matrimonium sit contractum publicè, & absque contradictione ecclesiæ. Et sic patet, ꝙ ex quo ad legitimandum prolem sufficit colorata opinio, & quasi possessio maritalis, exclusa etiam ex quacunque proprietate veri matrimonij non sufficit, sed oportet ꝙ sit colorata bona fide contrahẽtium, & ex publicitate, & consequenter toleratione ecclesiæ, hoc est ꝙ ecclesiæ constet de matrimonio, & ꝙ non inhibeatur ab ecclesia. Quod no. quia in hoc ius matrimoniale sequitur alia iura patrimonialia, de quo scripsi de iure pa. c. consultationibus. Et no. ꝙ quo ad hoc non dicuntur in mala fide ex sola monitione iudicis, sed solum per actũ sententiæ. ¶ Obstat primo, quia videtur ꝙ non sufficiat ad prolem legitimandum publicitas matrimonij, nisi sit contractum denunciationibus præmissis. Serua practicam decret. cum inhibitio. s̃. de clan. despon. Gl. fatetur, & vocat hodie matrimonium publicè contractũ, quã-
7 do habet illa, de quibus ibi. ¶†Ob. secundo, quia non videtur, ꝙ non attenditur tempus conceptionis. ff. de decur. l. 2. §. in filijs. Sol. si commodum est in filio, inspiciatur tempus conceptionis: si est incommodum, non inspicitur, quia habetur pro nato, quo ad illa, quæ sunt incommodi. si autem non est commodum vel incommodum sibi, non inspicitur tempus conceptionis. 15. q. 7. cum multæ. ¶ Obstat tertio decre. quia conceptus ante sententiam post litem contestatam non videtur legitimus. l. fi. C. de lib. causa. Sol. Si agitur de legitimitate, inspicitur tempus conceptionis, & non mis sentẽtiæ, vt hic: sed quo ad hoc vt pronuncientur liberi, vel serui, nõ inspicitur status, sed tempus conceptionis, quia vẽter semper sequitur quo ad illam conditionem matris per sententiam declaratam, vt ibi. Et hoc, quia status libertatis non imprimit conceptionis libertatem, sed bene status legitimitatis matrimonij legitimi-
8 tatẽ, vt hic. † Quid si moueatur quæstio alicui infanti, vel puero, quod non sit filius illius, cuius filius dicitur? Dic ꝙ summatim cognosci debet, & interim alendus est rebus fortitan alienis. C. de Carb. edic. l. fi. C. de Carb. edi. l. 3. §. causæ. Et sic etiã modica præsumptio facit, quod puer mittetur in possessionẽ. ff. de lib. agnos. l. si quis à liberis, §. si vir petens, & C. de Carb. edic. l. fi. secundum Vin.

SVMMARIVM.

1 *Super legitimitate filiorum standum est dicto viri & mulieris.*
2 *Alimentorum præstatio sola non concludit alimentatum esse filium alimentantis.*
3 *In filiatione probanda attenditur opinio viciniæ recens, & eorum testimonium.*
4 *Ad probandum quasi possessionem rei, & status, quid sufficiat.*
5 *Filiationis negatio pertinet ad tractatum patris & matris in probanda filiatione, vel filiationis defectu, nu. 10.*
6 *Negatiua est probabilis, qñ dependet à facto testificantium, vel nõ facta.*
7 *Filiationis quæstio an sit tractanda coram Iudice ecclesiastico.*
8 *Legitimari non possunt filij spurij concepti sub adulterio per subsequens matrimonium.*
9 *Naturalis filius vbi succedit patri in aliqua parte, an in ea possit succedere ascendentibus, vel descendentibus, aut à latere venientibus.*
10 *Filiatio quando possit probari per viciniam, seu famam.*
11 *Filius vbi est negatus à patre, & matre, quibus testibus, & indicijs contingatur negatiua.*

CAP. III.

1 Ranſmiſſæ. †Statur dicto viri & mulieris, negãt aliquem filium, nisi ad indicijs & testibus probetur ꝓrium. h.d. Primo ꝓnit consultationem. Secundo respondet. Secundo ibi, Cum autem. ¶†No. j. ꝙ sola præstatione alimentorum necessariò non concluditur filius alimentantis. Cautus ergo est
3 articulans in probanda filiatione, vt aliud addat. ¶†No. 2. ꝙ in probanda filiatione attenditur recens opinio viciniæ, & eorum testimonium: vnde licèt aliquando à vicinis sit habitus vt filius, si tamen modo testificetur à vicinia, ꝙ non sit filius, attenditur hæc recens opinio, & vltimus status. Ad hoc de præben. c. cum de beneficio, li. 6. Et no. ꝙ in his, in quibus non potest haberi vltimus gradus certitudinis, sufficit testem respõdere
4 per credulitatem. ¶†No. 3. ꝙ non concludit articulus in probando quasi possessionem, & statum, ꝙ quis se gerat pro tali, & geratur. sit ergo cautus articulans ꝙ concludat. Item ꝙ gerebat pro tali, & reputabatur, & habebatur ab omnibus vicinis, & cognoscẽtibus. Tamen vide quod scripsi de iure patro.
5 c. consultationib. & vide quod no. in c. nihil, de elec. ¶†No. 4. ꝙ negatio filiationis pertinet ad tractatum patris & matris, in probãda filiatione, vel filiationis defectu operatur, & sic testis matris pertractans, & patris prodest & nocet in filiatione pro-
6 banda. ¶†No. 5. ꝙ negatiua est probabilis, quando dependet à facto testificantium, vel non facto. Ad hoc de prob. c. 3. maximè, quando est prægnans. ¶†No. 6. ꝙ vbi agitur de filiatione, scilicet an talis sit filius talis, vel non, ista quæstio est etiam ad
7 finem hæreditatis, videtur spectare ad ecclesiam. Sed non est verum, quia hic nihil tangitur de matrimonio. Igitur inter puros laicos cognoscere potest de filiatione, statur verbo viri & mulieris, donec contrarium probetur, & sic præsumptio cedit
8 veræ probationi. ¶† Obstat primo, quia videtur ꝙ vicinia ante staretur contra, nam dicit ꝙ credebat ipsum esse spurium, nihilo minus dicebat eorum esse filium, quomodo erat possibile, ꝙ spurius esset, & filius istorum, qui postea matrimoniũ contraxerunt. Nam spurius est ille, qui est natus de adulterio. Sol. dicit gl. ꝙ dicebatur spurius, id est, filius naturalis, vel non legitimus, quia fortè suscepit eum de alia muliere, vel antematrimonium, vel durante matrimonio, & sic esset suus spurius, vel naturalis, nõ legitimus. Et ſm Host. sic stabat, quia mulier ista erat eius cõcubina viuente prima coniuge, & ex ea habuit filium istum, ſm opinionem viciniæ. Postea mortua muliere, scilicet vxore, contraxit eum ista concubina, quæ non dederat ante fidem de contrahendo, nec contraxerat, nec machinata erat in mortem ipsius vxoris, & sic tenebat matrimoniũ. Vide cum filius natus fuisset tempore vitæ primæ coniugis, & sic ex coitu adulterino, & damnato, nõ legitimabitur ſm opinionem viciniæ, sed veritas sè habebat aliter, quia ipsa susceperat
9 eum ad nutriendum. † De naturali autem dicunt Doct. hic, ꝙ non succedit ascendentibus, vel descendentibus, vel à latere venientibus, quamuis patri succedat in certa parte, in Auth. qui. mo. natu. effi. leg. §. si quis igitur. colla. 6. Item non succedit ascendentibus, vel descendentibus, vel à latere venientibus ipsi patri, scilicet soli patri, & pater priuilegio gaudet, vt illi
10 succedat ei, vt in Auct. episc. nullum. ¶†Obstat 2. quia videtur ꝙ non stetur assertioni patris cõtra opinio. viciniæ. s̃. de probat. per tuas. cuius contrarium dicitur hic. Item etiam hic vi. ꝙ non debeat credi assertioni patris. ff. de inoffi. testa. l. si instituta, §. j. ff. de testa. l. neq; professio. Sol. Dicit gl. ꝙ talis probatio vel assertio patris, non inducit plenam probationem, sed inducit simplicem præsumptionem, non tamen omnino præiudicium generat. Hæc solu. est ꝙ istum tex. quia dr̃ hic, ꝙ inducit præsumptionem tantum, cui statur, donec probetur ꝓrium, & maximè cum filius hic possideret. Itẽ etiam ꝓrium sentit gl. sequens, & posset tolerari ꝓrium, ꝙ hic filius nõ grauatur onere probandi se filium ex sola negatione patris, sed ex eo, quia non constabat eum alterius posse esse filium. Nam ex eo, si gereret pro filio, nec tñ à vicinis gerebatur, non profecit. Non etiã ex eo, ꝙ possederat hæreditatem, quia ex quo alij probant se filios, erat fundata eorum intentio, & ex sola possessione hereditatis alicuius necessariò non infertur filiatio. Sed per hoc non tollitur secundum ꝓrium. quid dicam? Dico ꝙ quandoq; cõcurrit tractatus cũ opinione, & fama viciniæ, & abiq; dubio

hic probat

hic p̃robat filiationem,& concludit filiationē.Q ūādoq;adest q̃ nō sit filius.C.de nup.l.si vicinis.& no.de filijs presby.c.Michael. Q uādoq; concurrit testimoniū parentum ꝯ ōctum iporum,quia ante tractauerunt vt filiū,postea negant filium,& tractatus p̃fertur attestationi ipsorū,vt est casus in d. c. p tuas. de prob. Q uādoq; concurrit tractatus eorū cū opinione vicinię,q̃ gerebant,& tractabāt ipsum vt filiū, & pro filio, ipsis asserentibus ꝯ.Et dico q̃ adhuc p̃fertur,& fortius, ipse tractatus, vt d.c.p tuas.& d.c.Michael, vt patet in l. si vicinis, C. de nup. Q uādoq; cōcurrit opinio solius vicinię absq; tractatu parentum.Et hic est casus q̃ assertio, & tractatus parentū prævalet. Quandoq; concurrit solus tractatus parentum, absq; alia cōi opi.& talis tractatus cōstituit eū in quasi possessione, ſm Butig.in l.quidam,ff. de ꝓb. qui dicit q̃ talis probatio esset sufficiens,licēt principaliter peterent hęreditatē, qđ esset indubitatū,vbi cēt probatio ex antiquo,per notata s̃.de ꝓba.illud.Et idē puto ēt per ibi no.si talis tractatus sit de recēti. qđ no. in d. illud.Q uia hic est talis actus,qui verisimiliter non fieret,nisi certificato de filiatione. Q ñq; cōcurrūt duo tractatus. Vnus, in quo pater, & mater vicinis scientibus illū tractauerunt vt filiū.Secundus,in quo mortuo patre alius tractauit vt filiū . Dicit Butri.ibi,q̃ prualet primus tractatus , q̃ ex vxore matrimoniū sit,vicinis scientibus,& sic tractatus sit, qa hęc probatio sit plenior,q̃ pōt haberi de filiatione,vt l.filiū,ff.de his,q̃ sunt sui, vel alie.iur.Q ñq; concurrit tractatus parentū , & opi. viciniæ p̃filiatione,& parētes ꝯrium attestantur, & adhuc p̃ualet tractatus,& opinio testium,vt dicit gl.hic in verbo,indicijs. Q ñque adest sola cōis opi.absq; tractatu parentū,quia,s. fama hēt q̃ sit filius,& tunc probatur filiatio,vt l.cū de lanionis,§.asinā, ff.de fun.instruc.Q uia hæc res de facili non est probabilis,vnde illam recipit probationē,q̃ pōt haberi . Q ñq; adest sola appellatio,& tunc aut negatiuè de filiatione tractatur,s.quia parentes negant filium,& tali creditur,ſm Host.quia non est verisimile q̃ pietas parentū negaret filiū,si ēet,& est casus hic,& hoc tenet gl.in verbo,mota.Ad hoc tex.in l.posthumus,§.fi.ff. de lib.& posthu.ad hoc gl.in l.ēt,& l.fi.ff.de prob. & tex. in l.j. §.a quis aliquo,ff.de Carb. Dic, si negatio patris transit in tractatū,quia longęua,absq; dubio probat non filiū, vt hic, quia probet etiam ꝯ cōem opi. si nominatio est , non transit in tractatum,quia vnica,& fit in formam testimonij,adhuc præiudicatfilio,vt sentit gl.hic in verbo,mota.Si nominatio est extrajudicialis,si aliās filius non habet præsumptionem pro se, hoc præiudicat etiam filio,non tantum ex nominatione , sed quia alius non probat se filium. & sic potest intelligi gl. hic in verbo,mota.& glo.in fi.ibi,& ideo etiam eis creditur.Sic ergo intellige q̃ hæc nominatio transit in tractatum , vel q̃ fuit testimonium in iudicio,vel q̃ fuit vnica tantum assueratio,quod p̃iudicat filio,ex quo nō est in possessione filiationis,nec aliter probat. Q uandoq; adest sola nominatio pro filiatione, vt quia nominat aliquem filium , & tunc aut nominat ipsum in actu pariter proportionabili filio,& non filio,& talis assueratio nihil probat,vt l.non nudis,& l.neq;,C.de proba. Aut nominat ipsum filium in actu proportionabili tm̄ in filium,vt eū instituendo,& tunc ex tali actu constituitur in quasi possessione filiationis,per quam probatur filius, vt dicit Bar. in l.j.ff.de lib.agnosc̃.& no.in d.l.fi. ¶ Venio ad tertiū ꝯrium . obstat q̃ nō potuerunt hi filij ꝯ hunc spurium agere super hæreditate paterna,cū parentes viuerent, qđ hic patet,quia in hoc sunt testificati,& hæreditas non est viuentis,nec de ea agi pōt,l.fi.C.de pac.& l.j.ff.de act.emp.So.Dic fortè q̃ pater & mater viuebāt, & facti erant monachi, quo casu vendicatur hæreditas a filijs, ſm ea,q̃ no.in c.in presentia,s̃.de prob.Vel fortè pater eis cōcesserat hęreditatē totā,retentis sibi aliquibus fructibus ꝓ vitu suo,& vxoris . No. q̃ pater pōt donare filio. Vel pōt dici q̃ illi mortui erant , & q̃ dicit standum verbo viri & mulieris, i. q̃ dicebant ipsum fuisse filiū,vel non esse,dū viuebant,ar.s̃.de proba.c.per tuas.& meritò , quia non est verisimile q̃ paterna pietas mota non fuisset,si filius fuisset.de p̃sump. c. afferte,cū lim.¶Sed tūc obstat, quia non vī tali assertioni credendū , ex quo filium negat,vt l.j.§.si quis ab aliquo,ff.de proba.Sol.glo. dicit q̃ ei creditur ꝓp concursum opi.viciniæ, qui cum eo cōcurrebant in eo,qđ non esset filius , & sic nunquā fuit in quasi possessione filiationis.Hæc solutio est ꝯ tex. quia non erat hic concursus opinionis viciniæ, arg.s̃.de p̃sump.c.illud.nisi velis dicere q̃ cōcurrebant in hoc q̃ non esset legitimus. Dicebant enim,nō erat filius,& fama erat q̃ ēt filius, sed nō legitimus, & sic fama cōsonās fini ꝓbationis quo ad intentū agētis iuuat probationē, licēt non consonet modo, qđ no. Sed q̃quid sit, hoc non placet,qa nō posset iuuare probationē,cui modo derogat.Ideo intellige, q̃ hęc assueratio fuit talis q̃ transiuit in tractatum , quia tractabant ipsum tanq̃ non filium , aliās non video q̃ ex hac sola assueratiōe filius debuisset excludi ab hęreditate.Vel dic q̃ hoc operatur assertio vtriusq; coniugis, sed
11 non alterius tm̄,& in formā testimonij.¶†† Q uero,qbus testibus,& indicijs conuincatur probatio, & assertio istorū coniugum? Dicit gl.q̃ conuincatur filius,eo q̃ negatur filius, ex quo non est in quasi possessione filiationis,ff. de probat.l.j.& l. vlt. sic ergo licet possideat hæreditatem, ꝓp hoc non est in possessione filiationis. Oportet ergo, q̃ ēt possidens se probet filiū . nam eo q̃ aduersarij probent se filios , iam est fundata eorum intentio.Si ergo vult obtinere tanquam filius,oportet q̃ se ꝓbet filiū,quia per hoc,q̃ gerat se pro filio,non est in quasi possessione filiationis, ex quo nec a vicinia , nec a patre pro filio geritur,nec eo q̃ possidet hęreditatē,quia & hęc possideri pōt a non filio , & sic grauatur in hoc onere probandi non solū ex assertione parētum, sed quia eius hæc erat intentio. Probabit aūt,si ꝓbat q̃ illi tenebāt eū pro filio, & ille eos pro parētibus, maxime si fama vicinię consentiat, s̃.de prob.c.per tuas. Probabitur ēt, si ꝓbat se natū constante matrimonio in domo patris.ff.de in ius vo.l.filiū.& l.quia mater.¶No.tū glo.q̃ dicit,q̃ si negatur filius a patre, q̃ hēt se probare filiū.& alle.l. posthumus,§.fi.& l.3.ff.de lib.& posthu.& ibi ēt dixit Bar.tenere ꝯ,se aūt legitimū poterit probare,si probat q̃ inter ipsum virum & primā vxorē nullū erat matrimoniū, obstante aliquo canonico,& publico impedimento,& sic natus ex concubina, quam postea duxit in vxorē,concludetur legitimus, ꝯ.c. tanta. Vel si probat q̃ in secreto cum vocabant vt filium , & osculabantur vt filium,& sic cū nutriebant,licet foris negarent,ad p̃tīn suū velandū.& hęc secreta indicia probabit per pedissequas,bubulcos,& consimiles,quia aliter prȯbari non pōt.C.de repu.l.cōsensu.Ad hoc,s̃.de testi.veniens,2.Item probabit per testes,& obstetrices, quia in ea domo R. tenēte ipsam mulierem natus fuit ex eo,& gaudium inde fecit, ex hoc facto veritas p̃iudicabit opinioni.glo.vlt.prosequitur generalia,vide eam per te.

SVMMARIVM.

1 *Filij,qui viro viuente sunt a muliere concepti ex adulterio, siue cum adultero moraretur mulier,siue cum viro,censentur illegitimi .*

2 *Alternatiua positio procedit , vbi in qualibet parte alternati concluditur intentio ponentis .*

3 *Diuersitas facti ad rem,vel substantiam intentus non concludentis quo ad ius,non diuersificat iuris dispositionem.*

4 *Bastardi filius,etiam legitimus,excluditur a successione ascendentis patris bastardi.*

5 *Filij nati ex damnato coitu,vel adulterio,non legitimantur per matrimonium subsequens .*

CAP. IIII.

1 Avsam. †Illegitima est proles, quā viro viuēte vxor ex adulterio concepit, siue cum adultero, siue cū viro morareť. h. d. Ponit duos casus.In primo casu,p̃nūciationis faciēdę. In secūdo cām submittit. Sc̃da ibi, quia. Casus. Q uidā Raynaldus filius Agathę habebat qōnē cum Frācisco auunculo suo fratre patris Agathę,qui patruus Agathę dicebat ipsum nō posse succedere in hęreditate cuiusdā Rodulphi iā dicti Raynaldi,qa Agatha erat eius mater, & fuerat filia dicti Rodulphi, erat illegitima susceptа ex quadā Hugalina vxore Alani tp̃e vitę Alani viri dicte Hugalinę,& sic ex p̃sona eius tanq̃ illegitimi dictus Rodulphus nō poterat guenire ad hr̃ditatē,q̃ ponebatur p Frācisū q̃ vel Agatha erat nata de Hugalina Alani vxore morante cū Alano,vel erat nata de Hugalina ipsa morāte publice & cōcubina cū dicto Rodulpho,quare petebat ipsam Agathā p̃nūciari illegitimā. Papa mādat si alterū est verū, q̃ p̃nūcieť illegi
2 tima.¶†† No.j.q̃ p̃cedit positio alternatiua,vbi in qualibet parte alternati cōcludiť intētio ponētis. Ad hoc s̃.de rescrip.c.ex parte.ff.de dolo.l.eleganter.& s̃.de foro cōpe. c.ex parte.& de illa litera,de prob.c.3.loco. cū simi.¶ No. 2. q̃ proles prodita ex coniuge tp̃e conceptionis est illegitima,siue mulier tp̃e cōceptionis habitet cum viro, siue habitet cum concubinario.
3 ¶†No.3.q̃ diuersitas facti ad rem, vel substantiā intētus, quo ad ius non concludentis nō diuersificat iuris dispōnem.¶No. 4.q̃ nō pōt esse vxor, quæ alij nupta se coniungendo maculat
4 thorum viri.¶†† Obstat primò, q̃ illegitimitas Agathę non excludit Raynaldū a successione, quia ipse potuit eē legitimus, ergo habilis ad successionē, licet mater eius foret illegitima. Sol.si tractaretur de hæreditate patris Raynaldi procedit contra,sed hic tractabatur de successione ascendētis Agathæ, cui si succedere debebat, hic debebat succedere ex parte Agathæ siue ex persona Agathæ.Et pro tanto, probata Agatha illegitima,excludebatur nepos legitimus ab hæreditate . & sic no. q̃ ab hæreditate ascendentis illegitima nō solum excluditur ille illegitimus,imò ēt quilibet ēt legitimus ex illegitimo descendens.¶ Obstat secundò,q̃ non habeat dubium decre.& q̃ frustra inuestigetur,an hic sit natus ex Hugalina tp̃e vitę Alani viri sui.Nā ex quo Hugalina non erat coniunx Rodulphi, iā nō

poterat hic esse legitimè natus, fuerit vel non in vita Alani. Solu. Fortè hic Rodulphus contraxit matrimonium cum ea post mortem Alani: quo casu si Agatha fuisset nata post mortem Alani, posset proles legitimari per subsequens matrimonium, quod non potuisset, si nata fuisset tempore vitæ Alani, quasi nata ex coitu damnato. ¶† Obstat 3. ꝙ proles Agatha ꝑdita ex Hugalina, siue Auelina, etiam viuente Alano, si publicè cum illa contraxit, sit legitima, infra eo. ex tenore. Solutio. Intellige quòd iste Rodulphus scienter contraxit matrimonium cum Hugalina, quam sciebat vxorem esse Alani. Et ex hoc surgunt duo, scilicet quòd Agatha prodita ex Hugalina, tanquam nata ex damnato coitu, non est legitima, nec etiam legitimari potest per subsequens matrimonium post mortem Alani. Primò, quia nata ex damnato coitu. Secundò, quia matrimonium non potest esse inter Rodulphum & Hugalinam, cum contraxerit matrimonium cum ea, viuente cõiuge Alano, & sic copula est, & non potest inter eos, tanquam adulteros, esse matrimonium, supra de eo, qui dux. in matrimon, c.j. & c. veniens.

SVMMARIVM.

12 cta, quibus non respondeo propter breuitatem. ¶† Venio ad secũdum, an Imperator posset in terris ecclesiæ legitimare pre supponendo validitatem donationis factæ ecclesiæ, quam nõ intendo in dubium reuocare, ex quo est a Papa approbata, & ex quo Deus sustinet eam, credendum sit ꝙ voluerit eam valere. Licet hodie pateat, ꝙ non omnino sibi placeat ꝙ clerici de talibus iurisdictionibus se intromittãt, cum ecclesia sit maximè priuata talibus iuribus, & dominijs. Et ideo nolo in dubium reuocare quod determinat ecclesia: quia non longè foret ab hæresi, & teneo ꝙ donatio valeat. ¶ Veniamus ad dubium ad partes. Et primò ꝙ possit, patet: quia actus legitimationis est creare iura, & vincula positiua, & temporalia. s. ius agnationis, & cognitionis, & ad finem sententiæ temporaliũ, vtsuccessionis, vt est dictum: ergo hoc possit Imperator, quia hæc est eius natura. Item secundò, quia talia sunt iurisdictionis voluntariæ, quæ exercentur in subiectum. ff. de of. proconsul. l. 2. Tertiò, quia hoc ius legitimandi est quoddam ius inhærens personæ Imperatoris: ergo non transiuit in ecclesiam cũ translatione rerum. de pignor. ca. ex literis. de reg. iur. priuilegium, lib. 6. Aliàs sequetur absurdum, ꝙ si Imperator donaret terram, ꝙ hoc ius legitimandi transiret. Quartò, quia hoc ius est cuiusdam facultatis, vt militari, doctorari, & similia: quę iura potest vbique exercere, sicut conferre præbendas, & similia. de offi. deleg. nouit. Quintò, quia talia iura non potest Princeps à se abdicare. l. legatus. ff. de offi. præsi. quia talia suis ossibus inhærent. l. quis ergo, ff. de pecul. Ad hoc, quod de episcopo dicimus, qui vbicunque exeat, semper retinet præeminentiam episcopalem, vt no. de donat. c. ad apostolicæ. de relig. domi. cap. constitutus. de censi. c. cum venerabilis. Sextò, quia eius iurisdictio potest prorogari, dato ꝙ non haberet. l. j. & 2. ff. de iud. de offic. deleg. ca. P. & G. Septimò, quia delegat causã quis in non subiectum: ergo legitimat. ff. de offic. præse. vr. l. fi. Ad hoc, l. 2. de offic. proconsul. & l. emancipari. ff. de adopt. Multa etiam ex arg. factis, ꝙ Papa posset concludere ad Imperatorem. Octauò, quia pater legitimat filium, vt ſ. eod. ca. pertuas. ergo fortius Imperator. Per quod patet, ꝙ non est iurisdictionis. Vltimò hic est casus circa principium exponendo, ĩsertim, pro tantum. Nonò, quia Papa legitimat ad spiritualia subiectum Imperio: ergo sic econuerso Imperator subiectum ecclesiæ quo ad temporalia. Hanc opi. secutus fuit Iacob. de Belui. vt disputat in Auth. qui. mo. na. effi. sui. Et post eum Cald. & sequitur filius suus hodie, vt vidi in scriptis suis. Secus specti sunt, quia habebant ius legitimandi ab Imperatore: ideo volebant defendere causam suam. Hodie procurabit filius habere a Papa. Et sic habuit ab Vrbano VI. vt audiui ab ore filij. Dicerem sic, aut Imperator vult legitimare disponendo super matrimonio, & incipiendo a radice, & dico ꝙ non potest, quia hoc est solius Papæ. Et si leges, quę dicunt, ex matrimonio subsecuto legitimantur filij, non fuissent approbatæ per canones, non credo ꝙ valerent, per illa, quæ dixi ſ. eod. cap. j. de sponsa. & per hoc patet, ꝙ non potest facere plenissimam legitimationem, quæ vitium deleat originale. Et per hoc saluatur Host. Aut vult legitimare collatiuè, conferendo iura legitimatis, & quo ad spiritualia credo non posset. Ideo puto ꝙ legitimatus ab Imperatore non possit ordinari, nec posset beneficiari, nisi aliter dispensetur. Et hoc tenent Docto. Hoc tenet Ioan. 59. distinct. c. si officia. 100. distinct. c. j. & Archi. 35. q. 7. c. j. Aut vult legitimare quo ad temporalitates, & honores, & alias hæreditates, & dico ꝙ potest in terris Imperij, sicut & olim poterat. In terris autem ecclesię an posset, & an legitimet legem generalem condendo, vt patet in casibus positis ſ. eo. c. per tuas. dico, ꝙ virtus legis se extendit ad existentes in terris ecclesię, non ex virtute legis solum, sed ex generali approbatione ecclesię. 10. distinct. si in adiutorium. quam facit canon, ex quo lex non repugnat canoni, quam Papa approbare censetur, eo ꝙ non improbat, vt dixi de iud. nouit. de constit. ecclesia. & no. de sponsa. c. is qui. Non puto tamen, ꝙ tales essent legitimi quo ad spiritualia, propter naturam materię, quę nec directè, nec indirectè est suppositа potestati laici. de ordi. cogni. c. tuam. & iura predicta ſ. alleg. procedunt. Et sic lexin telligatur approbata per canones, & extẽdatur ad subditos ecclesię, quando Imperator disponit in materiam sibi subiectã, vt circa temporalia. Aut vult legitimare per rescriptum: & credo, ꝙ non possit, tenendo ꝙ hęc iurisdictio non sit prorogabilis per recognoscẽtes superiorem, & sicut speciale in his, quę sunt meri imperij, & summę potestatis, vt non sunt prorogabilia in habentem cognitionem similium causarum, & in hoc differt ab alijs, quę sunt meri imperij, & non omnino sumet. Sed tenendo ꝙ sit prorogabilis, credo ꝙ non posset legitimare, nisi consentiant illi, quibus ꝓiudicatur, scilicet successoribus ab intesta. C. de pac. l. fina. & C. de eman. li. l. nec auus. Et hoc sentit Ioan. And. in versi. in super. in verbo, potuit. & in §. illud autem. in verbo, liberè. alleg. de rescrip. cap. 2. & cap. ad aures. de ma. & obe. cap. fi. Hostien. hic in versi. rationibus. in verbo, requisiti. tenet ꝙ viuente patre in proroganda potestate sufficiat consensus patris & filij, cum cõsentiente patre pacisci possit de eius hereditate. Eo autem mortuo exigatur cõsensus illorum, quibus est ius quęsitum, & quo ad feudalia exigatur consensus domini feudi. Alleg. de dona. inter vir. & vxo. cap. nuper. & in consti. Fred. de feu. ali. cap. imperialem. & ſ. de fo. compe. c. ex transmissa. Quia negari non potest quod hic actus sit iurisdictionis, vt patet hic in ver. rationibus. Et dico, ꝙ est iurisdictionis alteri ꝓiudicabilis, saltem quo ad tollendam spem: vnde talia non potest in non subditos exercere. Et per hoc multa cessant obiecta: quia iurisdictionem etiam in temporalibus a se abdicauit donando, nec illam exercet in terris ecclesię, vt patet de appel. si duobus. & c. cum sit Romana. Non ob. ꝙ hęc iura a se vt personalia non possit abdicare: quia verum est, nec hic abdicat, sed restringitur potestas propter defectum subiecti: quia illos subiectos non habet. Nec simile de episcopo est bonum exemplum: quia sine præeminentia non potest esse in territorio, cum non posset sibi in præeminentia aliquem facere parem: sed hic sic Imperator, qui potest relaxare quod habet ab ecclesia, scilicet temporalem iurisdõnẽ, & in totũ, & in partem. Nec hęc sequnt territoriũ, sed restringunt ĩ prĩcipẽ, & Papa suã, quã hẽt, nõ quã ꝓcipit ab Imperio iurisdõnẽ exercet. Nã ipse illã dat Imperatori, & eã habitu retinet. Nõ eget ergo ꝙ ad eũ trãsferaf, sed solũ ꝙ obiecti, in quo deꝫ qã datũ fuit ex donatione illarum ciuitatũ. nõ illa exerceret, & ab illis secedit ptãs Imperij. Et hęc est ipsa veritas. Absurdum. n. esset: ꝙ maiorem haberet potestatem Imperator, q̃ Papa in terris Imperij. Sunt ergo quilibet contenti iuris

termi-

terminis. Et hanc opi. tenet Bu. in l.j. C. de iure aur. ann. & in l. præses, ff. de offi. præsi. Hæc omnia procedunt in Imperatore coronato. Sed an ante coronationē posset legitimare: tenuit Iac. de Are. q̄ pōt. De quo per Io. An. de succes. ab inte. c.j. ver. sed ex facto. & in versi. item scire debes. & in Spec. de rescrip. præsen. §. fi. ver. item quo obtentum est. vbi tenet, quòd sic. Ex his facilè soluitur secundum, & vbi habentes potestatem ab eis: quia dico quòd habens potestatem ab Imperio, potest vbi potest Imperator, secundum verba priuilegij: & vbi non potest Imperator, similiter nec ipse potest, qui habet ab eo potestatem. Et similiter dico de habentibus potestatem à Papa. Et clarè tenet Butrig. de Imperatore, quòd non posset legitimare in terris ecclesiæ, in l. præses, ff. de offic. præsi. quia alius à proconsule non potest extra prouinciam sibi decretam iurisdictionem voluntariam exercere. Et idem determinauit in rub. Digestorum. Et ponit etiam in rub. C. vnum tamen puto, quòd in habente potestatem à Papa, vel à Principe, ipse non posit legitimare ad præiudicium alterius alicubi, etiam respectu spei. quia tales concessiones intelliguntur sine præiudicio aliorum. l.j. §. fi quis à Principe, ff. ne quid in loco publi. de offic. deleg. c. super eo. de priuil. c. pastoralis. Nec obst. quòd talis spes non attenditur, quod imo quandoque, vt no. Bar. in l. fi. C. de pac. & in l. is potest, C. de acquir. hæred. Numquid autem posset per statutum communitas aliquem legitimare? Videtur quòd sic regulariter: quia quę possunt fieri per legem, possunt fieri per statutum. ff. de iust. & iure. l. omnes populi. Nam & consuetudo, & statutum potest etiam cōtra legem. de consuetu. c. fi. In contrarium est, quia est de regalatis Principi, & ciuitas statuendo non extendit manum ad ea, vt sunt hæc, reintegrare famam, vt l.j. §. de qua. ff. de postu. & no. de re iudi. c. cum te. Dare veniam ętati, vt l. fi. C. de his, qui ve. æta. impetra. Et legitimare, vt hic. In talibus enim inferiores se non intromittant. de offic. leg. quod translationē. de excess. præl. c. sicut vnire. & ibi no. & no. Inno. in c. cum tabellio. de fide instrumen. Igitur non potest ciuitas per statutum. Ad hoc, l.j. C. de nata. resti. vbi non potest cōmunitatis concilium natalibus restituere. Ad hoc quod scribit Innocē. in cap. bonæ, de postu. præla. vbi possunt consuetudine quædam illa, quę Princeps reseruauit in signum vniuersalis dominij, & potestatis. Ad hoc quod no. de re iudic. cap. cum te. Hoc dubium tangit Bar. in l. testamenti factio, ff. de testa. vbi recitat dominum Petrum de Cernetis de Bono. disputasse, & determinasse idem, scilicet quòd non posset, per l.j. C. de nata. resti. & idem terminauit Cyn. per tex. in Authen. qui. mo. na. effi. sui. §. pen. loquendo de spurijs. Et idem recitat disputasse dominum Recuperum de sancto Miniato: & determinauit idem, quod non potest legitimari per statutum. alleg. 32. q. 4. dicat aliquis. quod est supra ius diuinum. Pro hoc facit l.j. §. de qua. ff. de postula. Butrig. idem, C. de nata. resti. authen. sed nouo iure. C. eod. titu. Idem consuluit Fede. de Senis, & Butri. post eum dominus Recuperus de sancto Miniato. Pau. de Liaza. maximè, quando statutum refertur ad legitimandos futuros potissima ratione, quia sic inducit ad peccandum, & quia iura ciuilia derogant ecclesiasticæ potestati statuendo circa talia, vt est expressum in authen. quib. mo. nat. effi. le. §. quoniam autem. in fi. & §. fi. Et statuta contra prohibitionem superioris non valent, vt in authen. cassa, C. de offic. præfe. præt. no. materiam in authen. omnes peregrini, C. communia de succes. Et quæstio pendet in hoc, an communitates possint extendere manum ad talia reseruata in merum imperium superioris, sicut legitimare, vectigalia instituere, & similia. Et hic est aduertendum, quòd quidam dicunt quòd per pacem Constantię talia fuerunt Italicis concessa: sed hoc non apparet. Ita dicit But. in d. authen. sed nouo iure, C. de nat. resti. & in l. 2. ff. de iud. & glos. in authen. de defen. ciui. §. si interim. Et si hoc non haberent ciuitatis, allegarent concessiones, & vsum longi temporis, & obtinerēt, pot. cum de in rem verso. ff. de vsur. & de censi. cap. peruenit. Mihi videtur dicendum, si ex pace Constantiæ ciuitas possit 14
intendere, quòd habeat hanc potestatem, res esset expedita. Nam potest Princeps alteri concedere sibi reseruata, vt supra de offic. leg. c. quod translationem. Si hoc non posset ostendere, sed tamen posset ostendere, quòd erga talia habuit potestatem, cuius initij memoria in contrarium non existat: adhuc satis credo, quòd posset talem legitimationem facere. Casus est secundum glos. in cap. super quibusdam, de ver. signifi. Vbi potest ciuitas extendere manum ad imponenda pedagia, si hoc habet ex consuetudine tanti temporis, cuius memoria in contrarium non existat, licèt nulla allegetur alia causa. Ad hoc de præscript. cap. j. & 2. lib. 6. Communiter tamen de facto tali potestate legitimandi non vtuntur ciuitates Italiæ, propter quod difficiliter præscriptionem probarent. Nec obstat quod scribit Innocen. de postu. cap. bonæ, el 2. & quod no. de offic. ordi. cap. conquerente. Quia loquitur de his, quę sunt supreme potestatis, & pręeminentię reseruata in signum huius: vt si vellet quis prescribere præeminentiam vni uersalem ecclesiarum, vel ciuitatum: quia talia præscribi nō possunt. Idem si allegaretur concessio cum cursu temporis decennalis, per illam l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & dicto cap. peruenit, supra de censib. Si autem talia non haberet, vel probare non posset, aut populus potest ostendere concessionem regalium: & dico quòd adhuc hoc possit, vt in 10. colla. quæ sint regalia. inter quæ enumeratur, quòd possit pedagia imponere, quod est Regis: licèt fortè hoc non posset, per hanc decre. in versi. insuper. Qui duo videtur exigere, q̄ Rex sit liber: & planum quòd possit, per hanc decre. Aut populus est liber, & non apparet quòd sibi sunt concessa regalia, & Doct. Legistæ communiter dicunt, quòd potest extendere manum ad talia, quę sunt reseruata in priuilegium. Dicit Petrus, ff. de iust. & iu. l. hoc iure. Barto. in pluribus in l. non ambigitur, ff. de legi. in l. denique. in princ. & ff. de mino. l.j. §. de qua, & ff. de postulan. l. acta. ff. de re iudi. l. quidam consulebat. & l.j. ff. ne quid in flu. pu. Quomodo autem populus possit esse liber, dico quòd de iure hoc non est bene possibile, nec ex concessione, quia Imperator non potest à se tale imperium abdicare, ff. de offic. præsi. l. legatus. de censi. c. cum venerabilis. Licèt possit translatiuè in alium transferre, secundum ea quæ dixi de ciuitatibus donatis ecclesiæ: possidēt tamen in quasi possessione libertatis, & bona fide. de quo dicam in ver. super. cum glos. Et hoc casu possent, vbi essent in bona fide: alias non. Si autem populus non esset liber, aut vult legitimitatem ei imprimere, vel in omnibus legitimus sit integratus ad iura legitimitatis vbique locorum: & hoc non posset. Aut vult solum sibi per statutum creare iura succedendi, & localiter: & Butr. determinat, quòd hoc potest communitas. Quod patet: quia potest per statutum habilitare inhabiles ad succedendum. Et hoc de isto difficili passu, & hic Hostien. adhęret opin. Bart. in l.j. C. de summa Trin. vbi dicit, quòd per statuta ciuitatum possunt spurij habilitari ad successionem. Concludit tamen ibi, quòd talis legitimatio statuti, seu habilitatio ad succedendum, non habilitat quo ad bona sita extra territorium statuentis: quia dato quòd spectant ad actum voluntarium, non tamen potest exercere extra territorium ius dicentis, l. 3. ff. de offi. procon. & in Authen. qui. mo. natu. effi. sui. §. filium verò. colla. 7. vbi legitimatio filij, quę fit per oblationem curiæ ciuitatis non habet locum, nisi in patre offerente, & filio, non quo ad alios, etiam si spurius adierit hęreditatem in ciuitate, vbi viget statutum, secundum
13 Bart. & idem dicit in l. omne, C. de natu. liber. ¶ † Nunquid autem habens potestatem legitimandi spurios, & naturales, vel incestuosos, & spurios simpliciter, si contingit aliquem esse simul spurium & incestuosum, possit illum legitimare? disputauit Ioan. Cald. de rescrip. cap. susceptum, lib. 6. Et eius effectum ponit Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. qui filij sint legiti. ver. huic quæstioni. Credo indistinctè opi. Cald. veram, per rationes supra alleg. ¶ Nec obstat l. si quis ita. quod ibi mistum non comprehenditur sub verbis simplicibus, sed ex mente coniecturata testatoris, legis dispositio extendit fauorem vltimæ voluntatis, in qua lex supplet: quia testator cogitatione mortis præuentus non plenè potest tunc deliberare. Non procedit ergo hoc in actibus inter viuos, in quibus lex non supplet, nisi in quantum verba patiuntur. Et dicit quòd non: quia hoc priuilegium, & actus legitimationis est exosum, & hæc species mista non est inclusa in mandato: ergo habetur pro omisso. Contra determinat Barto. in l. 2. ff. de verb. obliga. quia sub simplicibus comprehenditur mistum in materia larga. ff. de libe. & postu. l. si quis. Et ita sicut est hic, quia licèt legitimare sit odiosum, ipsa potestas tamen fauorabilis est. Posset dici, quòd dictum Calderini procedit, quando hanc vellet facere ad præiudicium tertij venientis ad succesionem, opinio Bar. quando non ad præiudicium ¶ † Nunquid autem posset Episcopus legitimare? dic quòd propriè non. Ad hoc est Principis dispensare: tamē potest contra legitimitatem habilitando, vt dicunt Doct. hic. de quo dic plenè de filijs presbyte. cap. penul. & fi. Et hæc sufficiant ex parte agentis, & legitimantis. ¶ † Nunc venio ad secundam, videlicet quæ solennitates exiguntur in legitimitate? Et primo oportet quòd impetrans eam, exprimat qualitatem legitimitatis, an sit spurius, vel incestuosus: quia difficilius dispensatur cum incestuoso, vel spurio, quàm cum illo, qui fuit naturalis tantum, vt patet ex hac decre. in fi. & in talibus nihil taceri debet. 25. distin. per totum. C. de prec. Imper. offic. l. vniuersa, & l. quoties, & l. præscriptionem, C. si contra ius, vel vti. publi. de rescrip. cap. super literis, & c. cum dilecta, vbi semper in tali-

bus vitiat ipso iure suppressio, & surreptio. Ad hoc de confir. vti.vel inuti.c.2.& 3.& quod no.ꝫ.de fil.presby.c.fi.& hoc dicit Ioan.And.in addi.Specu.in tit.qui fil.sint legi.ver.quomodo sit natus.§.quod si quis. dicit ꝙ si quis dicit se spurium impetrando legitimationem, & sit spurius duplicatus, quia natus ex vxorato & vxorata, ꝙ nisi hoc exprimitur,non valet legitimatio. Alleg.de præben.c.non potest, li.6.& de fil.presby. ca.2.lib.6.Contra de decī.c.2.§.j.li.6.ff.de adul. l.vim passam, §.præscriptione. & hic plenè etiam per Doct. & dicit Azo.disputasse. Requiritur secundo, secundum aliquos, ꝙ citentur agnati, quibus prejudicatur, & qui aliàs erant successuri, per l.nam ita,ff.de adop.Inuenio, quòd Iaco. de Are. tenet legitimationem fieri posse, etiam non citatis parentibus, qui sperant successionem.alleg. l.cum adoptio, ff. de adopt. Et quia non debet esse quis solicitus de hereditate viuentis.l. fi. C. de pac. de concess. præb.c.2.&l.2.ff. de vul. & pupil.Contrarium tenet Mar. Sil. in l.nam ita diuus, ff. de adopt. & idem tenuit per illam legem quidam Bartholo.de Capua,vt reperio in quibusdam apostillis, per l. neque, ff.de adop. Vbi quis nō adopta tur in filiū absq; ꝙsensu alterius filij,¦Io. An. hic in verbo, libere, in hac parte tenet consensum illorum, quibus præiudicatur,necessarium,quando fit ab eo, qui non habet potestatem nisi prorogatam. & idem sentit in ver. insuper. in verbo, potuit. Alleg.C.de pac.l.fi.de eman. li.l. inuenimus. Host. dicit quod viuo patre non exiget consensum alterius, nisi patris: aliàs eo mortuo, vel quo ad feuda alia exigit consensum illorum, quibus præiudicatur. Et ponit Ioan.And.in ver.insuper in verbo, requisiti. Dic, aut legitimatio fit post mortem patris, de cuius successione agitur: aut fit in vita. Si fit post mortem patris, dic quod recidit in dubium, an legitimatio trahatur retro: & an dato quod trahatur retro, tollat ius alteri medio tempore requisito. Dico, quod sic, si est collatiua noui iuris: quia non fit per verba restitutiua, vt conterimus tibi legitimitatem: & hoc non trahitur retro. Si autem est restitutiua: vt reintegramus te ad omnia iura naturæ primęua,ac si legitimus natus esses: quæ sic debet fieri, quando vult totaliter reintegrare, vt no. But.in l.si quis, in fi.C.de ope. libert.Et hęc trahitur retro. Ad hoc l.fi.ff.de nata.resti. & in Auth.qui. mo.na.effi.sui.§.& si quidem,& §.illud nunquam.col.7. Nunquid autem ita retro trahitur, quod tollat ius alteri medio tēpore quęsitum? Quidam dicunt,quod sic. Bar.tenet contra in l.Gallus,§. quid si tantum,ff. de libe.& posthu. Quia fictio nō trahitur retro ad præiudicium illius, cui medio tempore est ius quæsitum, nisi ad illud specificè restituatur. ff. de vsucap. l.si is, qui pro emptore. Et hæc opi. est vera. Ad hoc de rescri. c.quamuis, li.6. Et hanc conclusionem sequitur Ioan.And. in addi.Specu. in titu.de succes. ab intesta.§.2. ver.primam conclusionem. & per Hostien.in Summa,in titu.qui filij sint legi. pe.col.ver. quid si Imperator. Si tamen teneremus, quod traheretur retro ad præiudicium illius,cui est quæsita hęreditas. dicit, quod aut filius fecit se legitimare ex tacita voluntate patris,qui declarauit ipsum velle succedere in testamento: & nō exigitur quod illi vocentur. Alleg. authen. item si quis,C. de natu.li. Si non apparet aliud, dicit quod exigitur eorum consensus. alleg. l.penul.ff. de nata.resti. Et ibi hoc tenet Iaco.de Are. hæc dicit vera, nisi appareat de expressa voluntate Principis, quod voluerit præiudicare in hereditate. Ego dico, ꝙ si non exprimat aliquid de iure alteri quæsito, quod valeat legitimatio, sed non ad præiudicium illius,de cuius prejudicio agitur. Si autem exprimit princeps de hæreditate, & iure alteri qnæsito specificè, & non intendit prejudicare, & maximè si exprimit. Non ob.l.soli.dicit tamen Vbertus de Bobio, vt recitat Ioan.And. in addi. in titu.de succes. ab intest.§. j. in ver. sed de facto. quod si faciat mentionem de agnatis, & iure sibi delato, quod non valeat impetratio, licèt legitimatio sit impetrata non obstante lege, & sic cum clausula generali. Et idem tenet Iac. Balduini in Authen. quib. mo. na. effi.sui. collat.7. Credo,quod valeat priuilegium: quia in concessione priuilegij non est necessaria vocatio partis, cum fiat ex liberalitate Principis.ff.de liber.causa.l.liberum. de prēben. c. eum, qui.lib.6. facit quod no. Doct. de confir. vti. vel inut. c. cum dilecti. de priuil.c.cum olim. Et sic consuluit Dy.Quod puto verum in legitimante in terris suis: aliàs quando legitimat alibi, non potest, etiam citatis illis, quibus est legitimatio prejudicium. Aut fit in vita patris, aut fit de voluntate patris: & tunc pater potest disponere de hereditate quomodolibet ad prejudicium sperantis hereditatem valet ista legitimatio, etiam non vocata parte: exigitur tamē quod fiat mētio agnatorum, & quod dicatur, non obstante lege: nec sufficeret secundum sine primo. Si vero fiat ad instatiā filij in vita patris: & satis potest dici, quod tunc illorum non exigitur consensus: & maximè si sunt vlteriores agnati. De confratribus autem esset magis dubium: quia in vita videntur habere quoddam quasi diuinum: sed non credo quod illud vitiat legitimationem. Et hoc videtur tenere Iac. Bu. in l.adoptare,§.j. ff. de adopt. Nec ob. quod dicitur de adoptione: quia illa loquuntur in collatione iuris noui, non consonante natura rei: hic autem consonat natura, cum hæc differentia non fuerit, sed tantum principium iuris naturæ. Credo tamen,quod non valeret legitimatio, nisi apparet Principem certificatum,illi alios liberos habuisse: quia hæc est causa, qua facilius est inducta mens Principis ad cōcedendum vt legitimetur, ex quo pater non habet alium filium. Sed facta expresione beneficij leret hæc impetratio, & concessio. Idem tenuit Vber. de Bobio de agnatis, si de eis non fecit mentionem, vt recitat Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de succes. ab intest.§.j. versi.item scias. Sed loquitur, quando mortuus erat pater. Idem tamen sentit, & in vita. Et hoc credo, etiam si priuilegium esset cōcessum proprio motu: quia Papa, & Princeps ex proprio motu, & eorum proprius motus non firmat rescriptum, vel priuilegium contra ius alterius, vt in cap. si motu, de præben.li. 6. Requiritur etiam consensus ipsius patris, vt puta à principio, vel ex postfacto: quia non potest acquirere patriam potestatem inuitus. An etiam requiratur consensus filij in legitimatione? Dic quod sic, l. fi.ff.de his, qui sunt sui, vel alie. iu.in Authen.quib.mo.na.effi. sui. §. generaliter.collat.7.Et hoc tenet Specu. in d. §. & ver. Requiritur etiam, secundum aliquos, quod hæc legitimatio petatur per se. Ideo est dubiū, an per procuratorem peti possit. Videtur quod non.ff. de adop. l.neque absens, §.fi.& l.post mortem,§.fi.C.cod.Et hoc sentit glos.in corpore, quib.mo.na.effi.sui.§.si quis. Et hoc videtur sentire Bar.in l.post mortem,§. fin.ff.de adop. ad hoc,l. iubemus, C.de eman. lib.C.de his,qui ve.eta.impe.l.omnes. & idem Bar. in l. Gallus, §. si forsitan, tenuit contra. Primo, quia procuratorem vsus admittit.l.j.§.vsus,ff.de procu.Secundo, quia hic non obtinet vicem procuratoris, sed supplicatoris, quod fit per viam supplicationis,in Authen. quib.mo.na. effi.sui.§. si quis igitur. in glos. quæ incipit,quod qualiter fiat, collat.7. Alleg. authen. item si quis. C. de na. li. Item quia ex parte filij non exigitur quod sit præsens, sed sufficit quod ratum habeat,in Authen. quib. mo. natu. effi. sui. §. naturales. & §.& generaliter. collat.7. Non obstat l.neque mulierem,& l. iubemus, & l. post mortem, quia in legitimatione pater nihil disponit, sed Principi legitimanti consentit: leges autem contra adductæ loquuntur, quando pater emancipat, absoluit, vel filium authoratur, vel quando adoptat,vel dominus manu mittit, quæ cum non sint in administratione patris, nō possunt fieri per procuratorem.l.omnes.C.de his,qui ve. eta. impe. de rescrip. quod ibi requiritur præsentia personæ ad cognitionem, quæ sine causa fieri non potest: sed hic non exigitur ad cognitionem: ergo fieri potest in absente, vt l.filium, & l. seruum quoque, §.publicè.ff.de procur. Et per hoc infertur ibi, quod compaternitas non potest contrahi per procuratorem: quia ibi exigitur actus patris leuantis. Et dicit Canonistas hoc tenere per d.l. post mortem,§. fi.De prima quęstione casus est hic.Nam fuit hic impetrata per procuratorē. Requiritur tertio, quod ista legitimatio fiat à patre, vt legitimetur quis vt filius,non vt nepos mortuo filio. Dicit Guliel. quod non possit legitimari,in l.fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Quia fictio exigit personam filij, & per eam extenditur ad nepotem. ff. ad leg. Aquil. l. huic scripturæ. ff. de bonis li.l. libertinus, secundum Guliel.de Cu. Hoc credo in legitimatione restitutiua, sed in collatiua non video quin Princeps posset illi conferre iura legitimitatis. Item requiritur, quod simpliciter legitimetur. Nam si quo ad quid sic, & quo ad quid non, esset quoddam monstrum, vt dicit hic litera. Sed est dubium, an pater posset filium legitimare hoc pacto vt in certa parte succedatur. Dicit Bar. quod sic, ff. de adop. l. quęsitum. Alleg. in decima collat. de filijs natis ex matri. ad morg. contracto. est vulgare Mediolanen. vt ibi possit in antiqua lectura. Non inueni in noua, sed in suis recollectis antiquis. Et hoc sufficiat de secundo, scilicet quę exigantur erga solennitatem legitimationis. ¶ †Nunc vltimo vi- 16
deamus aliqua de effectu legitimationis. Et hoc aduertendum est, quod quędam est legitimatio restitutiua, quædam est collatiua, quædam est legitimatio dispensatiua. Restitutiua fit, quando ipsum legitimat, & per omnia reintegrat primęuæ naturæ. Et hęc est duplex. Quędam plenissima: & hęc se refert ad principium vitij. Quædam est plenior: & hęc se refert ad superficiem prolis, reintegrando prolem ad primæuum ius naturę. Collatiua, quando nouiter quo ad quid committitur sibi ius legitimitatis non restituendo retro. Dispensatiua est, quando secum dispensatur non obstante illegitimitate: & propriè non est legitimatio, sed dispensatio.

Quędam

Quædam in aliquo particulari conferens ius legitimitatis. Effectus primus est, quod omnes integrat ad primæua iura, ac si fuisset legitimè natus. Sed posset esse dubium, an si statutum in materia stricta faceret mentionem de legitimo, comprehenderetur iste legitimè natus. Et videtur quod non: quia statutum, vt stricti iuris, applicatur ad veram, & originalem legitimitatem, non ad fictam, l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. gest. In contrarium, quia videmus, quod appellatione legitimæ nati, comprehenditur legitimatus ex matrimonio subsequenti, vt nota glossa, supra eodem. tanta. & glos. de elect. cap. innotuit. Credo, quod si legitimatio sit collatiua, aut dispensatiua, quod sic dispensatus non dicatur legitimus: quia non reintegratur ad naturalia. Sed dubium est de legitimatione integratiua. Dic, quod quædam est legitimatio restitutiua plenissima, per quam disponitur in matrimonio: & puto, quod si dispensatio sit ex viribus matrimonij, quod comprehendatur hic sic legitimus: quia actus legitimationis est positiuus, vt dixi, & eo quod lex confert, confert de iure, & verè, non fictè: ideo comprehenderetur legitimatus: & per consequens matrimonium verum, vel opinatum, supra eodem capitulo. tanta, & quod ibi no. Quæda est legitimatio reintegratiua plena, vt illa, per quam disponitur in prolem legitimando, & reintegrando ad ius primæuum: & de hac magis est dubium: quia cum ista legitimitas sit de iure positiuo, videtur quod hic appellatione legitimi comprehendatur, cum vt hæc datur à iure positiuo, dicerem quod si legitimatio fiat ex viribus communis legis, vt in casu cap. per tuas, supra eodem comprehenderetur. Si autem fiat ex viribus rescripti, non video quod comprehendatur. Quod negari non potest: quia dato quod iste sit legitimus, eius legitimatio est de iure speciali, & non communi: & appellatione statuti refertur ad legitimum de iure communi. Et sic puto: licet audiuerim quendam disputasse contra, sed nescio si contra decidit, scilicet dominum Angelum de Perusio in ciuitate Bononien. Differt etiam in alio legitimatio, & dispensatio: quia legitimatio simpliciter habilitat, sed dispensatio quo ad quid, vt patet ex no. de fil. p̄sby. c. 1. li. 6. Iō dispēsatus si posset plura bñficia p̄sequi. dispensatio p̄sumeret assecutione vnius, nisi aliud exprimeret. Alij sunt effectus p̄sonales, vt habilitetur ad ordines, ad hereditates, ad officia, ad munera, & similia, à quibus repelleret aliàs. Sed est dubium: quia s. est dictū, an legitimatus legitimet ad p̄iudiciū agnatorū excludēdo eos ab hæreditate. ¶ †Nunc videamus, an legitimatus habilitetur, & quo ad patrem, & quo ad agnatos, ita qđ omnibus æqualiter succedat? Videtur quod sic: quia ex quo simpliciter est habilitatus, & natalibus restitutus succedere debet, & posteà omnibus indifferenter: maximè quia non debet diuersō iure censeri, scilicet quod quo ad aliquos sit legitimus. Et etiam facit ad hoc, quia priuilegium Principis latissimè est interpretandum. ff. de consti. prin. l. beneficium. Iaco. de Bel. tangit hanc quæstionem in Authen. quib. mo. na. effi. leg. §. j. collat. sexta, & ibi dicit. Primo, quod aut nulla est facta mentio de agnatis: & valebit legitimatio, sed non admittitur ad successionem eorum. Si autem dictum est, quod possit succedere omnibus agnatis, & cognatis patris, non obstante l. tali dicit, quod admittitur ad successionem etiam cognatorum. Alleg. C. de leg. hære. l. si ab eo. & in Authen. quib. mod. na. effi. le. §. si quis igitur. collat. sexta. Posteà dicit, quod quo ad agnatos, & cognatos non poterit Princeps ipsum legitimare, nisi consentiant. Alleg. l. communium, C. de natu. li. & in Authen. quib. mod. na. effic. sui. §. & generaliter. collat. septima. & §. filium, supra alleg. & l. ita diuus, ff. de adoptionib. Quia sicut pater non legitimat filium inuitum, ita nec legitimat filium inuitis agnatis. Et dicit hoc Innocen. notasse. Ista fuit antiqua quæstio Vber. de Bobio, quam tangit Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de succes. ab intesta. §. 2. versi. sed quid si pater. & versi. item scias. De secunda parte ibi in effectu concludit contra, scilicet quod per legitimetur, & agnatis nullum fit p̄iudicium: quia per hoc excēsitatur ad instituendum: quia Principis est creare generaliter in omnibus potestatem hanc succedendi: fortius in vna persona, vel duabus promiscuè. Secundo, quia Princeps ad comprimendos illicitos coitus ius naturale ab eis abstulit: ergo potest illud reintegrando restituere illi simpliciter quo ad omnes, in Authen. quib. mod. na. effic. sui. §. ii igitur ad primordium naturæ reducuntur, cessat causa quærelæ. Vnde concludit quod etiam sine clausula, vel etiam cum clausula generali, Non obstante lege, tales habilitabuntur ad successionem agnatorum. Credo quod q̄nque hęc legitimatio fit dispondendo ad radicem matrimonij: & puto hūc indifferenter quo ad omnes habilitari, & legitimari. Nā nulli dubiū q̄ legitimatus in terminis decre. tanta, s. co. legitimus est quo ad omnes. Aut hæc legitimatio fit non disponendo ad radicē matrimonij, vel principiando ad illam: & tunc dico q̄ aut est legitimatio restitutiua, seu reintegratiua: & talis si fiat per legem, habilitat quo ad omnes, nisi lex aliquos excipiat, vt patet per no. s. co. c. per tuas. Aut legitimatio sit per rescriptum: & hęc est de qua dubitatur. Credo quod si est restitutiua, & fit mē tio de agnatis, quo ad omnes habilitetur, per rationes Vber. de Bobio: quia reintegrat Imperator legitimando ad omnia iura propinquitatis, & in eo tollit effectum differentiæ legitimitatis per se approbatam indifferenter, quę ad omnes applicatur correlatiue. ad hoc, ff. de sta. ho. l. ingenuum. si non sit mentio de agnatis, adhuc ex quo est integratiua ad primęuum ius, credo q̄ etiam ad agnatos extendatur, quia integrati censentur simpliciter, nisi aliter reintegratio restringatur: & idem de collatiua aliàs habenti, quia hęc reuiuiscit prima iura. Si autē esset collatiua iuris particularis succedendi aliàs à natura non habenti, credo q̄ hæc iura possent conferri demum inter consentientes. Et sic loquitur. l. nam ita diuus, & similia. Conferre enim propinquitatem mihi absque meo consensu non potest: quia talia dare est naturæ, aut consensus: sed integrando ad iura naturæ potest illa mihi dare, quæ naturæ dedit, & abstulit lex sine agnatorum consensu, sicut conferre potest absq; eorū consensu, seu restituere. Alius est effectus, q̄ si pater condito testamento, & alijs institutis legitimauerit filios, filius rumpit testamētum. Sic disputat Ia. de Bel. in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. j. collat. 7. Quia fictus filius rumpit testamentum, vt si ingressus monasterium post testamentum non instituto monasterio rumpit testamentum, quia monasteriū filius fictus est. in auth. si qua mulier, C. de sacrosan. Eccl. 19. qō. fi. c. si qua mulier. no. de prob. c. in presentia. Ergo fortius legitimatus, qui hēt aliqd naturalitatis. C. de adop. l. cū in adoptiuis. Secundo quia filius arrogatus rumpit. ff. de lib. & posth. l. filio. ff. de bo. pos. ōtab. l. non putauit, §. si quis emancipatum. Fortius ergo hic legitimatus, qui habet concursum vinculi naturę, vt in d. l. cum in adoptiuis, & l. filio. Alias rationes hic prosequitur: sed sufficit quod agnouerit iura agnationis, & se primum reperiat in gradu: qa propter hoc dicitur filius posthumus, & sic rumpit per illam legem filio, quia omnia imprimit legitimatio. Alius est effectus, quia si patre habente naturalem filium substituatur, si decesserit sine liberis legitimis, an hic filius excludat substitutū? Determinauit Ia. de Are. quod sic, vt recitat Ioā. And. in addi. Spe. in tit. de succes. ab intest. in loco p̄alleg. Quia hic est filius legitimus coadiuuante natura. ad hoc, ff. de lib. & posth. l. filio, & l. cum in adoptiuis. C. de ado. Quia natura cis restituitur, & macula illegitimitatis exulat. in auth. qui. mo. na. effi. le. §. illud. & sic vidi consultum Bonon. Non obstat in vsu feu. si de feu. su. controuer. ca. naturales. quia licet non succedant in feudo, succedunt tamen in hereditate, vt dixi s. eo. tanta. Per hoc Ang. determinauit in quæstione valde notabili, quod legitimatus excludat substitutum per istud, quod dicitur in c. naturales. & licet non excludat ad optiuus substitutum, excludit tamen hic naturalis, qui filius est iuuante natura. Idem puto si decesserit, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. Quid si decesserit, sine filijs legitimè natis: Vide & q̄ substitutum excludat legitimatio per matrimonium, argu. glo. de elec. c. innotuit, & c. tāta, s. co. Sed legitimatus per legem, aut rescriptum, an tūc excludatur, satis est dubium. So. patet ex his, quę supra dixi. Puto quod non excludat aliquos casus: quia testator videtur se retulisse ad legitimitatem secundum tempus natiuitatis, & verba referuntur ad natiuitatem veram, non fictam: licet fortius in verbis legis. Et per hoc non obstat quod no. de elec. ca. innotuit, & c. tanta, s. eo. Et hoc puto fortius, si verba sic dupli casset, si decesserit sine filijs legitimis, & legitime natis. Et idem 18 determinauit Ang. in illa disputatione. ¶ †Alius est effectus, secundum quosdam, quod iste legitimatus succedit in hæreditate paterna, etiam si contigerit postea patrem habuisse alios filios legitimos. Tangit hoc Spec. in tit. de succes. ab intest. §. j. versic. sed ex post facto. Guido de Suza. tenet in hac quæst. quod non succederet. C. de natu. libe. l. j. & hoc per l. ex post facto. ff. ad Trebellia. & per l. cum accutissimi. C. de fideiuss. Quasi pater filium legitimauerit propter defectum filiorum, & tacite inest conditio, si filios non habuerit legitimos, & naturales propter mentem legitimantis. ad hoc. l. si vnquàm. C. de reuo. do. l. ex post facto. ff. de vulgar. & pupill. l. si vbi. ff. de hęre. insti. l. fi. vbi propter superuenientiam filij rumpitur actus prius factus. Alij tenent contra: quia legitimati succedunt cum legitimis, & naturalibus. in auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. si quis igitur. & §. generaliter. & §. illud. Et hoc tenet Gos. hęc vera dicit Ioan. And. nisi apponatur clausula, quam dicit se vidisse de facto in legitimationibus Papę: Ita tamen quod si dico patri tuo prolem legitimam ex vxore habere contingat, non cœqueris eidem, sed congruam de bonis

ipsius

ipsius possis recipere portionem. Et dicit q̄ per talem clausulam filio naturali non prouidetur in causam intestati: per qđ dicit patrem tunc debere in vita ei prouidere: & esset æquũ q̄ stilo curiæ clausula adderetur, qua prouidetur hac forma, vel alia, quòd si decederet pater super hoc ordinatione non facta, dimidiam eius partem, quæ ad legitimum filium, vel vnum ex legitimis pertineret, tibi debere censemus: & adhuc declara-
19 rari posset, quando partes filiorum essent inæquales. ¶† Alius autem effectus, an sic legitimatus succedat in feudo: & di-
20 ctum fuit quòd non. ꝟ. cod. cap. tanta. ¶† De alio effectu potest dubitari, an si pater ex statuto tenetur emendare damnũ datum per filium, an intelligatur statutum etiam de legitima to? Decisio patet ex prædictis. An autem tunc teneatur pro naturali dante damnum, emendare, est quæstio an naturalis intelligatur appellatione filij? Et hanc quęstionem tangit Io. Andr. in addi. Specu. in titu. qui filij sint legi. Et dicit Guil. de Suza. terminasse quòd non teneatur, si est natus ex incestuoso coitu: quia non meretur nominari filius, sed pro naturali nato ex concubina dicit illum teneri, quia nomen filij habet. Et dicit Ioan. And. ibi vnum verbum, quòd licet omnes nati ex soluto & soluta appellentur naturales ex communi vsu loquẽdi, tamen propriè sunt, qui sunt nati ex concubina tenta cũ honestate in domo. in Authen. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis autem defunctus. collat. ꝟ. in Authen. de triente & semis. §. & hęc dicimus. Hanc opi. sequitur Bar. in l. tutelas, ff. de cap. di. quia hæc appellatio filij est naturę: & sic cadit in bastardum.
21 † Et per hoc concluditur, an si fiat statutum q̄ omnes de domo talium expellantur de ciuitate, vel aliqua pęna apponatur, an ex hoc comprehendatur bastardus? Dicit quòd si sumitur domus pro agnatione, non comprehenditur bastardus. Si autem sumimus domum pro omnibus habitantibus in vna domo: dicit quòd adhuc comprehenditur. Si sumitur domus pro vna parentela descendentium ex eodem sanguine, dicit quòd comprehenditur bastardus. Nam domus quandoq; sumitur pro agnatione, vt l. cum vnus. ff. de ali. & cib. leg. ff. ad Sil la. l. j. in prin. & ibi per Iac. de Are. Quandoque pro omnibus habitantibus in eadem domo. C. nemini li. poten. l. j. in fi. Dicuntur ex consuetudine de domo omnes, qui portant eadem insignia, propter quod concludit q̄ hęc est appellatio ciuilis: quia diuersificatur. ff. de iust. & iure. l. omnes populi. Vnde bastardus non comprehenderetur. Bald. dicit in l. cum nuptiæ, ff. de sta. ho. Quia bastardus non est de parentela nobilium: quia sordes nõ meretur nominari inter præcipuos. C. de nup. l. hæredem. Idem tenet in l. filium. Plus dicit, quòd non potest arma portare nobilium: & cum nuptiæ ex communi vsu habeantur correlatiuè, licèt strictè filius dicatur, quem nuptię demonstrant, vt dictis iuribus. ¶ Ex ante dictis determinatur quæstio de Notarijs. Circa quod esset videndum. Primo, an Notarius creatus à Papa possit cõficere instrumenta in terris Imperij? Secundo, quid de creato ab Imperatore? Tertio, qđ
22 de creatis ab inferioribus? ¶†† Ad primum, & secundum, an creatus authoritate Papę possit in terris imperij, vel creatus ab Imperatore possit in terris ecclesiæ conficere? Aduerte, si quęrit an Papa possit creare Notarios subiectos imperio, vel Imperator subiectos ecclesiæ: dubitatio potest esse. & videtur q̄ non, per iam dicta: quia iam non est dubium, q̄ Notarius habet officium quoddam, & præeminentiam authoritatis: & maximè, quia creantur Iudices ordinarij sine administratione: & vocantur iudices chartularij. Igitur sicut Papa non dat Iudices inter nõ subiectos. supra eodem, causam. ita nec creabit Notarium. Credo, quod si velit creare non subiectum cõsentientem, etiam supposito imperio, q̄ possit ea ratione, quia potest illi causam delegare: quia in hoc nullius tangitur præiudicium. & hic est actus voluntarię iurisdictionis, & prorogabilis, vt puto. Et hoc tenet Bal. in l. cum, qui. ff. de iurisd. om. iud. Sed dubium est, an talis Notarius in terris Imperij, quando est constitutus ab ecclesia, & in terris ecclesiæ, quando est constitutus ab Imperatore, possit conficere instrumenta, ita q̄ sint valida? Specu. tenet q̄ sic, in tit. de instr. edi. §. restat. versic. nota q̄ quis potest facere. 11. q. 3. cap. cuncta, & c. per principalem. Allegat circa hoc c. in ver. insuper. Hanc opinionem tenet Bar. in l. 2. C. de offic. procon. Quia hic est actus voluntarię potestatis. Et hoc tenet in nouis recollectis, & in antiquis remittit ad l. cunctos populos, C. de summa Trin. & nihil dicit ibi. Credo hanc partem q̄ Notarius imperij conficiat instrumenta in terris ecclesię in temporalibus, & econuerso Notarius Papę, vel à Papa creatus conficiat instrumenta in terris Imperij in spiritualibus. Et hoc, quia est actus iurisdictionis voluntariæ: & hęc potestas est prorogabilis: nec agitur de pręiudicio, ni rogantium instrumentum. in Authen. de Tabel. §. j. & no. in cap. j. de fi. instru. de offi. deleg. c. cum in iure. Si autem quęritur, an in spiritualibus possit conficere
23 instrm, non insisto hic, quia alibi tactum. l. ꝟ. de ele. quia pp. ne cle. vel mo. sic dicẽdum est, vt ibi dicit. ¶†† Ad tertium de creatis ab inferioribus. Et hic est aduertendum: quia quidam sunt creati ab habẽtibus potestatem, vel a Papa, vel etiam ab imperio, vt sunt isti Comites Palatini, qui quotidie creãt Notarios: & tales poterant, si simplex est ei concessa potestas creandi, sicut creati à Papa, vel Imperatore. Et hoc tenẽt Doc. ĩ locis pallegatis. Sed si loquimur de inferioribus non habentibus pote-
24 statem a Papa, vel à Principe: & hoc dubium diuulgatum: an inferior à Papa, vel Pincipe possĕt creare Notarios, quod latissimè prosequitur Inn. de fide instru. eo. c. cum P. Tabellio. qđ sequitur Spe. in tit. de instr. edi. §. restat. ver. sed qus potest fi. re tabelliones. Et cõiter concludit q̄ vniuersales solus Papa, Imperator quo ad limites ciuitatis, vel diœcesis, posset facere ciuitas, vel ep̃s, consuetudine, vel statuto. De hoc de fide instr. c. cum dilectus. ad primum. l. actuarios, C. de actua. lib. 12. Imo & defensores ciuitatum quo ad ciuitates, vt l. prouincia, C. de defen. ciui. & in auth. de defen. ciui. §. sed interim, ſm Guil. de
25 Cu. & Bar. in l. nec adoptio, ff. de adopt. † Sed est dubium, an alia instrumenta extendant vires extra territorium? Aduertendum, q̄ hęc qõ potest multipliciter intelligi. primo, an instrm factum in limitibus territorij Notarij, & inter illos, vbi creatus est, faciat fidem in alio territorio? Et dđm est, q̄ sic. C. de emã lib. l. j. & hoc tenet Gul. de Cuneo, & Bar. ĩ d. l. cũctos populos, C. de sum. Tri. Secundo potest intelligi, an valeat instrm, quod conficit in limitibus territorij, vbi creatus est, inter alios extraneos ibi ꝑhẽtes: & idem, quia ibi sortiũtur forum ex ꝯctu. de foro comp. c. dilecti, & c. ñ. de foro compe. c. Romana, §. ꝑhentes. lib. 6. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de instr. edi. §. restat. ver.
26 quid de his, quæ fiunt à Comite. † Potest tertio intelligi, an Notarius vnius ciuitatis habens authoritatem à statuto ciuitatis, possit conficere instrm in alterius territorio? Bar. tenet q̄ non, in l. 2. ff. de off. procon. & idem dicit in l. j. C. de sum. Tri. Quia hñs potestatẽ ab inferiori à principe, non exercet iurisdictionem, etiam voluntariã, à Principe extra territorium dantis potestatem, vt l. 2. ff. de off. procõ. Ad hoc, de fo. compe. c. Romana, §. pe. li. 6. & idem tenẽt Spe. in d. §. quod de his. & recitat Io. And. in addi. Spe. ibidem, q̄ quidam tenent q̄ Notarius de consensu partium possit conficere instra, quasi hoc offiũ sit prorogabile. C. de iur. om. iud. l. priuatorum. Gu. de Cu. tenet ꝺ̃ri, in l. repetita, C. de epi. & cle. quia authoritas creantis non se extendit extra locum: ergo nec hñtis potestatem ab eo. Allegat l. in quincijs, prœal. & C. de excu. tu. l. 2. recitat, & ibi Spe. alios distinguere, an conficiant instra corũ, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt emancipationis, & similium: & pñt, aliàs non, q̄ l. 2. ff. de offic. procõ. Credo etiam, q̄ in prorogatione extra locum, nec in voluntaria, nec in necessaria iurisdictione possint aliquo modo exercere officium suum, & q̄ instra ab eo confecta non valeant: quia eius iurisdictio non potest prorogari, cũ tñ habeat nudum offiũ, qđ est inextẽdibile ad alias personas, ar. de off. deleg. c. P. & G. & c. fi. Et hæc sufficiant de hac difficili materia. ¶ Quæro circa hãc partem, qui dicantur filij naturales? Dicit hic glos. q̄ largè filius naturalis dr̃ oĩs filius, præterq̄ adoptiuus, & spiritualis. 30. q. 3. §. in plerunq;. Tñ naturales appellantur, qui ex liberis concubinis nascũtur, vt hic, & 32. q. 2. c. j. Io. An. in addi. Spe. in ti. qui filij sint leg. circa princ. in ver. qñ. Et đ statuto dicit, q̄ licet omnes nati ex soluto & soluta appellentur naturales ex cõi vsu loquendi, tamẽ proprie naturales sunt, qui sunt nati ex concubina cum honestate tenta in domo. in auth. qui. mo. na. eff. sui. §. si quis autẽ defunctus. col. 7. in Auth. de triẽte, & semis. §. & hoc dicimus. colla. 3. Quoddã notandum, pp statuta, quæ faciunt qñq; mentionem de natura-
27 libus. ¶†† Quæro, qui dicantur filij adulterini? Glo. dicit, q̄ nati ex adulterio. Et dicit, adulterinos filios presbyterorũ, qui ẽnicantur, & adulterantur, cum sint quasi mariti ecclesiarũ, xo di. c. Cenomanẽsem. No. q̄ ecclesia dr̃ habere matrimonium vniuersale, & spirituale cũ quolibet presbytero: sed hic appellatur quasi matrimonium. Matrimonium autẽ spirituale propriè est inter ep̃m & ecclesiam, & in signum istius portat annulum, vt no. de postu. præla. c. fi. late tñ capiendo: tunc quasi spirituale dr̃ cum quolibet prælato. de ele. c. ne pro defectu. latissime cum quolibet presbytero: sed hoc determinatur ad ver. nisiam vniuersalem, vt hic: quod no. bene. ¶ Venio ad ver.
28 debatur. ¶†† No. j. prælatum, & superiorẽ non debere esse facile in relaxando iure in aliquo subiectorum. Nam statim inferiores talia trahunt in exemplum, & ex hoc sumunt audaciam ꝓstulandi id sibi fieri debere: non tñ debent superiores quilibet hanc sumere audaciã: quia debet ꝓsiderare, an sint pares in sufficientia illis, qui præter ius gratiam consecuti sunt: vnde non debent se iudicare pares illis, qui digniores sunt. 40. distin. multi, in fi. Vñ debuit iste considerare, q̄ licet esset nobilis, nõ esset ꝯquiparandus Regi: & q̄ dignior pręferendus est. 40. dist. non

cogun-

coguntur. Ideo quia patens erat hæc dissimilitudo, Papa non curauit illam explicare. ad hoc, de transl. c. fi. ¶No. 2. modum allegandi, quãdo aduocatus inducit causam similem, vt induceat solum prout concludat ad suum propositum. Sic faciebat iste, tacens illa, quæ faciebant pro parte aduersa, ex quibus patebat dissimilitudo. Aduocatus autem ad diuersas partes debet esse paratus in dando dissimilitudinem, & sic soluitur argumentum. ¶††No. 3. ꝙ facilius dispensatur cum prole prodita viro admittente vxorem auctoritate ecclesiæ, & aliam superinducente, quam cum dimittẽte propria auctoritate. † Et no. ꝙ illud dicitur temerè factum, quod est factum propria auctoritate, vel sine auctoritate superioris. Et dicitur non temerè factum, quando est factum cum auctoritate superioris, licèt auctoritas sit nulla. Quod intellige, quando defectus surgit in auctoritate non ab incumbentibus partibus. C. vnde vi. l. meminerint. & patet hoc ex no. c. fi. de elec. lib. 6. ¶††No. 4. ꝙ ille dicitur facere in contemptum, quando facit aliquid cõtra interdictum hominis, aut iuris. ¶††No. 5. ꝙ auctoritas ecclesiæ in separando matrimonium, aut legitimat prolem proditam ex secundo matrimonio, aut faciliorem inducit potestatẽ dispensandi etiam ibi, vbi auctoritas est nulla, & sic opinatũ matrimonium errore iuris, dato etiam ꝙ non legitimet prolem, inducit tamen probabile dubium iuris de prolis legitimitate, & inducit faciliorem potestatẽ dispensandi. Et sic patet, ꝙ facilius ecclesia dispensat super casu, vbi pẽdet dubium, scilicet an est dispensandum vitium, quam super casu, vbi est vitium manifestum. Et no. ꝙ cassare refertur ad actum nullum. vide ff. vt lite non contest. c. accedens. ¶No. 6. ꝙ fides est vnum de bonis coniugij. Et bona coniugij sunt tria. Hæc sunt notabilia vsq; ad ver. insuper. ¶††Obst. j. ꝙ sententia non fuerit nulla ex omissione ordinis iudiciarij, vt lite non contest. ca. quoniam, §. j. Sol. Si sententia fertur contra absentem, nõ per omnia seruatur ordo iuris. Si fertur contra præsentem, debet per omnia seruari, vt ibi hodie seruatur in cle. dispendiosam, de iud. iuncta cle. fi. de verb. signifi. ¶† Vnum aduerte, ꝙ gl. præcedens dicit, ꝙ sententia nulla præsumitur donec cõtrarium probetur, alleg. de renun. c. in præsentia Et hoc vbi pendet, secus vbi nõ pendet quæstio nullitatis. Et loquitur etiam de sentẽtia, ꝙ nõ transit in rem iudicatam. Vide quod no. in d. ca. in præsentia. Et pondera bene, ꝙ pendente dubio nullitatis præsumitur pro iustitia sententiæ, licèt secus pendente dubio appellationis. de rest. spo. c. sæpe. Ad hoc optimè clem. 2. de sequestra. poss. & in cle. 2. de sen. & re iud. Et põdera, ꝙ talis auctoritas nulla ex defectu iuris excusat contemptum, & malam fidẽ sequentis sententiam, adeo ꝙ inducit facilitatem dispensandi. ¶† Ob. ꝙ nõ fuit necessaria dispensatio cum filijs Regis, ex quo erant nati ex superinducta, dimissa prima auctoritate ecclesiæ, de clan. despon. c. cum inhibitio. §. eo. referẽte. Sol. Quidam dicunt, ꝙ erat legitima, ideo non egebat dispensatione, etiam super affinitate, & ad tex. subaudiunt, maximè. Alij dicunt, ꝙ necessaria erat dispensatio, quia sententia fuerat nulla, & in hoc resident gl. lo. And. & Host. dicunt, ꝙ aut proles est prodita ex secundo matrimonio in facie ecclesiæ contracto post separationem ante prohibitionem, & proles est legitima. Aut post prohibitionem, & post separationem, & eget legitimatione. Dico sic, ꝙ quandoq; proles est prodita ex secũdo matrimonio, nulla facta separatione primi, & proles illegitima est, vtroque coniuge sciente primum matrimonium, vel ignorãte, sed secundum tunc est clandestinum. Si autem non esset clandestinum, & alter coniugum probabiliter ignoraret, proles est legitima. §. de clan. despon. c. cum inhibitio. Quandoq; proles est prodita post separationẽ primi ecclesiæ auctoritate, & post prohibitionem, & idem, & quandoq; post separationem primi, & ante inhibitionem, & si primum est sententia valida separatum, casus est planus quod proles est legitima. Si autem separatum est inualida post inhibitionem, proles est illegitima. Si ante inhibitionem, & vterque coniugum scit factum, ignorat ius, & proles esset illegitima. Si scit vna coniugum factum, & ius altera ignorat, tunc est legitima. Si vterque scit factum, & vterque ignorat ius, hic est casus dubitabilis pẽdente dubio impedimenti probabiliter dubitatur, eo finito, si apparet impedimentum, an proles sit legitima, adhuc probabile est dubium. Quid mihi videatur, supra dixi in c. relatum. Glo. videtur hic tenere, & Doct. ꝙ proles sit legitima, ex quo est nata ante inhibitionem. Et dicit hic Host. ꝙ est impossibile, ꝙ quis ex duabus habeat prolem eadem die, quæ erit legitima, puta si contraxit matrimonium clam primo cum pedissequa. hic proles esset legitima propter verum esse matrimonium, si eadem die palam contrahat cum domina, hic proles erit legitima, propter mulieris ignorantiam, vt §. de clan. despon. c. cum inhibitio. ¶ Venio ad ver. insuper. Ex hoc videtur † notandũ primo, ꝙ est possibile Principem esse in Mundo post Imperatorem, qui superiorem non recognoscit, vt est Rex Franciæ, sed hoc est de facto, vt dicit gl. Et no. ex hoc, quia ad validitatem gestorum per aliquam ciuitatem, vel populum, sufficit ꝙ ille sit in quasi possessione libertatis, & non recognoscat superiorem
37 de facto, dũmodo aliqua causa ad hoc moueatur. † Et no. hic casum apertum, ꝙ ciuitas non recognoscens superiorem, existens in quasi possessione huius libertatis potest extendere manũ ad reseruata in priuilegium Principis. Vide Bart. in l. non ambiguum, ff. de leg. l. ideo quod, ff. de mino. l. j. §. de qua, ff. de postu. & dixi §. vide Pe. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iu. & vide Inn. in c. cum P. tabellio, de fi. instrumen. & ff. de cap. l. hostes.
38 ¶††No. 2. ꝙ in his, quæ reseruata sunt in priuilegium Principis, non est prorogabilis iurisdictio, etiam in habentem potestatẽ parilem earum absque consensu sui superioris. Et sic, licet in alijs proroget iurisdictionem laicus absque consensu superioris, non tamen prorogat in istis, quæ sunt meri imperij, & supremæ potestatis. Idem in feudalibus, vt dixi de foro compet. verum. & ibi Inno. & de iudic. c. cęterum. Et hoc tenet Host. Allegat in summa, de arbi. §. de qua re. sub §. impedit. ver. sed nunquid vasallus Item non potest prorogare in alterius præiudicium, vt hic, secundum Doct. aliàs potest. ff. de iud. l. j. & 2. Quod dic vt no. in d. c. cęterum. de foro compe. & ibi remissi ad Bar. Et no. ꝙ laicus potest prorogare iurisdictionem iudi-
39 cis ecclesiastici. ¶††No. tertio, ꝙ habens regalia solo iure regalium non videtur posse legitimare, nisi cum hoc sit in possessione libertatis. ¶†† No. quarto, ꝙ pater in filium videtur posse
40 exercere quæ sunt volũtariæ iurisdictionis, vnde data potestate legitimandi, potest legitimare proprium filium. Posset ergo Papa & Imperator legitimare proprium filium. Et per hoc videtur, ꝙ etiam posset Comes habens potestatem à Principe filium suum legitimare. Ad hoc ff. de adopt. l. fi. & l. si consul.
41 Quia hoc faceret non tanquam pater, sed tanq̃ Comes. † Et ex hoc no. ꝙ concurrentibus duabus qualitatibus in eiusdem personam, quarum secundum vnam potest actum exercere, secũdum aliam non potest, inspicitur illa, secundum quam potest, si qualitates impossibiles sunt, si etiam illa, secundum quam non potest, est naturalis, & altera accidentalis, & hoc, quando accidentalis in actu exercẽdo potentior est naturali, vel quãdo exercitium solum non potest recipere accidentalem, natu-
42 ralis accidentali non repugnat, vel ab eo non discrepat, nisi ꝙ illius non est potentiæ. ¶†† Oppo. contra istum ver. ꝙ non sit possibile, Regem non recognoscere Imperatorem, aut Papã. 7. q. j. in apibus. Sol. Dicit gl. ꝙ de iure non potest esse possibile, sed de facto sic, & sic errat. Vnde dicit gl. ꝙ subest Rex Fraciæ Romano Imperio. Inn. dicit, ꝙ subest Papæ. Host. dicit, ꝙ in temporalibus debet recognoscere Imperatorem dominũ. 63. dist. Adrianus. In spiritualibus Papã, qui Dei Vicarius est, vt no. §. eo. c. 2. Subest tamẽ Imperator Papæ, vt ibi no. Et hoc respectu Rex Franciæ, subest Papæ, quia subest illi, qui subest
43 Papæ, vt patet in his quæ no. j. ¶† An autem peccent Rex Fraciæ, Hispaniæ, & Angliæ, hanc subiectionem non recognoscẽtes? videtur ꝙ sic. 11. q. 3. c. qui resistit. Et an hęc subiectio præscribi possit, dic ad vtranq; ꝙ non est præscriptibilis, vt in c. cũ ex officij, de præscrip. Et etiam dicit, ꝙ peccant. Sed fortè quãdiu exigatur, possunt excusari propter diuturnitatem, sicut notatur in decima, de decim. c. cũ homines. in fi. secundũ Host.
44 ¶††Opp. 2. ꝙ non possit legitimare Princeps proprium filium, quia in proprio facto auctorari non potest. de iure pa. c. per literas, de insti. c. fi. Sol. dicit gl. quod licet Rex hoc posset facere, tamen melius est, quod abstineat à talibus. ff. de offi. procõ. l. nec quicquam. ne auctoretur in facto proprio. Host. dicit, ꝙ solus Princeps hoc facere potest alijs præiudicando. Is autem, qui facere posset, curialibus faceret abstinendo, & ad Papam recurrendo, arg. C. de pig. l. 3. non tamen cautius, arg. 7. q. j. Põtifices. 13. q. j. in c. ecclesias, §. ad hæc callida. Dico sic, si Princeps velit hoc facere, etiam in proprium filium, non est disputatio: sed si est inferior à Principe, vt habens ab eo potestatem, vel Rex liber, si hoc vult facere præiudicando alijs, vt quia fortè habet venientes ab intestato propinquos, hoc non potest. Sed si absque alterius præiudicio velit hoc facere, potest: condecentius tamẽ est, quod per alium faciet. Et si dicatur, in quo præiudicat alijs filijs in eodem gradu, vel cognatis, qui sperant hæreditatem, illo non legitimo, qui modo non sperabunt, cũ pater facere nõ possit, etiam si velit, quin isti saltem quartam dimittat. Dicit glo. in §. seq. in ver. Regi gratiam, quod Rex non potest legitimare filium proprium: vel licet possit, vt subditum, vt alijs succederet, non vt filium vt sibi succederet, credo quod §. dictum est. ¶ Venio ad ver. rationibus. ¶ No. si Papa faciat gratiam, de iure non erat proles legitima. Sed potest dici, quod fecit gratiam propter dubium antequã declaretur, an subesset impedimentum affinitatis ante istam declaratio-
45 nem. dic vt dixi §. ¶††No. 2. ꝙ circa idem possunt concurrere

vincula

vincula diuersarum legum, & facit vt no. de consti. c.j. lib.6.
46 ¶†No.3.quid significant hæc verba, Plenam subiectionē, vel plenam potestatem? quia intelligitur per ea subiectionē quo ad temporalia,& quo ad spiritualia.vide de elec.querelam.ga aliquando refertur ad sola temporalia. Vide bonam glo. propter hæc,quæ dicit de plena & omnimoda iurisdictione, quia includuntur ea,quæ sunt meri imperij,in cle.j.j.de foro compe.in verbo,omnimodam.vide tex.in cle.j. in fi. vt lite pēden.
47 ¶†No.4.q̄ Papa fatetur,quod potestatem, etiam quo ad actū legitimandi, non habet potestatem regulariter, sed solum certis casibus inspectis,vt in casu nostro exerceret propter probabile dubium casus Regis,an proles esset legitima vel non. Posset etiam altero modo intelligi,vt hic est casus pro Papa,secūdum quem intellectum no.quod regulariter Papa suam potestatem non exercet in terris Imperij. Hoc fallit in certis casib. inter quos est potestas legitimādi.Et est causa, quia an posset, vel non,legitimare in terris Imperij,sunt probabiles dubitationes,& opiniones,& narrationes inter Doct. huius casus an ad Papam spectat potestates determinare, quæ determinasse censetur dispensando cum filijs Regis, secundum vnum intel
48 lectum. ¶†No.5.q̄ Papa in terminatione potestatis suæ si potest,debet recurrere ad Testamentum nouum, & vetus, & sic ad legem diuinam, non ad suum ius positiuū, in quo est quādoque pro ratione voluntas,sed ad ius diuinum,& impermu-
49 tabile.¶†No.6.casum generalem,in quo potest haberi recursus ad Papam,quando etiam inter puros laicos est quæstio,de qua sunt opi.inter Docto. quo casu determinatio est Papæ.Et hoc est verum,siue quæstio sit ciuilis,siue criminalis,siue sanguinis,siue spiritualis.Quod facit contra Legistas, qui dicunt de decisionibus Papæ,& maximè de duab. quartis, de quo in c.Raynutius,& Raynaldus,de test. quod ꝓcesit ab errore canonis,vt dicit Pet.& Cy.Sed hoc non dicit Bar.imo ipse ostēdit, q̄ semper canones sunt optima ratione fundati. Et hoc, quia ipse aliter intellexit,& realius,quam ipsi sophistici. Imo dicunt hic Doct.quod in opi. magis esset credendum Papæ, q̄ dictis sanctorum.Et hoc,quia Papæ,& non alteri data est potestas interpretandi.Nam etiam ad ipsum Imperator recurrit. C.de sum.Trin.l.fi.Hoc tamen verum, nisi lex aliter determinauerit postea,vt dicit Host.in Summa,de foro compe. in re-
50 scrip. ¶†No.7.q̄ appellatione personæ sub nomine dignitatis comprehenditur ille, qui est in possessione, licet alter habeat ius.Hoc probat tex.ibi, qui præst loco. Et ex hoc dicunt Doct.arg.quod si causa committitur Bono. episcopo, & vnus interim sit electus,& alter intrusus,quod intelligitur commis-
51 sa existenti in possessione.alleg. 11.q.j. si quisquam. ¶†No.8. pœnam inobedienti præcepto superioris,quia est pœna mortis.Quod declarat tex.scilicet excommunicationis.Et sic non obediens peccat mortaliter. Et appellatione pœnæ mortis in ecclesia,comprehenditur excommunicatio, & quod excom-
52 municatio non promulgatur nisi pro mortali. ¶†No.9. argu. procedere ex etymologia,& virtute vocabuli. Et est tamen verum,q̄ illi præualet argumentum à diffinitione, vt no. Bar.in l.j.ff.de testa.& ff.de tute.Et fuit dictum Butrig.in l.instrumētorum,ff.de fide instrum.& in auct.decernimus. C.de episc.&
53 cle.quod no.& dixi de præben.c.cum secundum.¶†No.10.q̄ Deus dicitur crucifigi, quando membra crucifiguntur, sicut cernitur in membris suis,8.q.j.qui vos.No.contra Bono.suspēdentes clericos Florentinos,eos capientes pro collectis, quia
54 capiunt,& suspendunt Christum in membris suis.¶†No. 11. fm Host. quod Papa debet habere in determinatione fratres suos,& sic solus nihil facere debet.de quo de pę. & remiss.cū ex eo,de cle.non resi.c.ex gestis.de iudic. c.ad liberandum. de
55 schisma.c.vno,li.6.¶†No. 12. pro potestate Papæ auctoritatē ibi, quodcunq; ligaueris.Et nota q̄ Papa est Vicarius Christi. Et no.quod claues etiam se extendunt ad mortuos,quia iudex est viuorum & mortuorum.De quo dic de sen.excom. c.à nobis.Host.dicit q̄ hæc litera prout dicit quod est iudex viuorū, & mortuorum,refertur ad tempus,quando etiam iudicabitur Papa.¶No.de plenitudine potestatis Papæ, super qua plenis-
56 simè disputat hic Host.† Et an potestas Imperatoris depēdeat à Papa,vide Inn.de foro comp.c.licet.& vide ipsum, & Doc. & gl.de iud.c. nouit,& ſ.eo.c.causam. Non insisto in hoc, sed
57 teneo quod tenet ecclesia,quod dixi ſ. ¶†Opp.Papa in ver.rationibus. dicit quod ex certis causis potest se intromittere extendendo potestatem in terris Imperij:& per istud infertur, q̄ potuit cum filijs Regis,hic non declarati,nec apparet qui sint isti casus.Igitur dicit gl.quod tex.declarat.Nam inter ceteros potest ratione probabilis dubitationis de casu Regis se intromittere.Dicit tamen gl. quod propter hoc non est ordinarius in terris Imperij.Qui autem sunt isti casus. Quidam dicunt, quod fortè isti,in quibus subditi suffraganeorum substunt Metropolitanensi.quod no.de offi. or.pastoralis. Dic quod sunt casus,de quibus de iud. c.nouit.per Inn.de foro compe. licet. & c.cum sit.Alia ponunt hic Doct.nullius vtilitatis, quæ non curo.¶ Venio ad vltimam partem.¶No.j.q̄ facilius dispensatur super vitio,super quo an sic sit,probabiliter dubitatur.ſ.su
58 per vitio certitudinaliter assistenti. ¶†No.2. q̄ lex canonica, & lex Mosaica,& ciuilis,repugnant illegitimitati,& ex adulte
59 rio natis,& illam damnant.†Et no.q̄ Papa de facili non dispē sat contra legem diuinam.Et no.concursum multiplicem possibilem multiplicis legis ex diuersa auctoritate circa idem di-
60 spositum.¶†No.3.q̄ nati ex adulterio appellantur manzeres & spurij.Vide gl.in c.nisi cum pridem, & idem de renunc.q̄
61 verbo,manzeres.in ver.personæ. † Et no. q̄ est illegitimus,&
62 inhabilis ad ordines. ¶†No.4.q̄ secūdum leges illegitimi excluduntur maximè adulterini, & sic nati ex damnato coitu,à
63 successione paterna. † Etiam no.q̄ secundum leges excluditur à potestate petendi alimenta. Vide in c.cum haberet,ſ.de eo,qui duxit in matri.quam pol.per adul. & sic ibi remittit gl. & plenius in Spec.eo.tit.ver.quid de natis.Et no.q̄ leges videtur excludere tantum tales à successione paterna, & non materna.De materia dixi supra eo.c.causam.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex matrimonio contracto cum secunda in facie ecclesiæ viuente prima,sunt legitimi,nu.9.*
2 *Dictio,quandam,notat priuationem qualitatis,cui adiungitur.*
3 *Agere potest mater pro filio,tanquam persona coniuncta, vel tutrix.*
4 *Matrimonium opinatum,coloratum auctoritate ecclesiæ,& propter vitiū alterius vinculi,legitimat prolem ex eo proditum.*
5 *Filius legitimus non potest esse hæres patris illegitimi in hæreditate aui, petita ex persona patris.*
6 *Sententia in petitione hæreditatis facta per matrem tanquam tutricem sui filij,lata in personam vtriusque,non tribuit ius matri,sed pupillo.*
7 *A tutela filij repellitur mater,quæ ad secunda vota transiuit.*
8 *Papa potest se intromittere de re temporali,de qua contenditur inter miserabiles personas.*
9 *Legitimi sunt filij nati ex matrimonio prohibito contracto ignoranter.*
10 *Liberi an præsumantur filij nati ex seruo,qui credebatur liber.*
11 *Matrimonium quando dicatur contrahi in facie ecclesiæ.*

CAP. XIIII.

1 EXtenore. ¶† Coniugatus si viuente prima in facie ecclesiæ cōtrahit cum secunda ignorante,legitima erit ipsorum proles.h.d. Sunt duæ partes. In prima parte narratur iudicum consultatio.In secunda responsio,& eius ratio.Secūda ibi, in-
2 telligentes.¶†No.q̄ dictio,quidam,notat priuationem quali-
3 tatis,cui adiungitur.ad hoc,de foro cōpe.c.ex parte.¶†No.2. q̄ mater potest tanquam coniuncta persona, vel tutrix,agere pro filio.ad hoc de appella. ex parte. ¶No.3.q̄ marito videtur æqualiter succedere filius. & vxor cū filio. Quod qualiter intelligatur,dicetur infra.¶No.4. practicam conclusionis libelli in petitione hæreditatis, quia concluderе debet petens ad restituendum.¶No.5.arg.q̄ pater illegitimus non potest habere hæredem filium, etiam legitimū. Et sic videtur,quod ab hæreditate patris illegitimi excludatur etiam filius legitimus.
4 ¶†No.6.q̄ opinatum matrimonium, coloratum auctoritate ecclesiæ,& propter vitium alterius vinculi, prolem legitimat proditam ex eo. Et sic ad legitimationem prolis non exigitur veritas matrimonij,sed sufficit quasi possessio colorata.Et nō solum color iste legitimat prolem, quando matrimonū est inualidum respectu proprietatis propter vinculum cōsanguinitatis,sed etiam propter vitium alterius coniugij.Et non solum hoc operatur bona fides vtriusque parentum, sed etiā bona fides alterius tantum.Et no.q̄ exigitur quod hęc opi.durет vsque ad natiuitatem,vel saltem conceptionem prolis. Non sufficit ergo opi.à principio matrimonij,nisi etiam adsit secū-
5 dum tempus saltem conceptionis,vel natæ prolis. ¶†Obi.q̄ illegitimitas nō excludit hic à successione filium legitimum. Nam filius legitimus admittitur ad successionem patris illegitimi,quia nullo iure prohibetur hoc. Sol. dicunt Doct. q̄ hic petebat hæreditatem cuiusdam mariti,& hæreditatem aui,ſ. dicebat debitam marito, & ex persona mariti debitam pupil-
6 lo.¶†Secundo videtur,q̄ mater nihil potest petere ex hæreditate mariti, quia in successione prima causa est descēdentia, vt in auct.in successione.C.leg.hæred.Sol.dicunt Docto. quod mater petebat sibi tanquam tutrix,& in libello debet tutor,& procurator concludere sibi,& pupillo restitui. Et sic sententia debet etiam ferri in personam vtriusque,secundū no. de elec. c.querelam. Vel fortè ipsa petebat aliquam partem, quod li-
7 crabatur ex cōsuetudine, vel ex pacto.¶†Tertio ob.q̄ mulier non posset agere pro filio,quia non posset esse procuratrix.C. quando mu.offi.tu.sun.po.l.2.& auct.matri,& auiæ.Sol.iurabat olim non transire ad secunda vota,hodie autem nō iurat, sed renūciat beneficio Velleiani, in auct.ſ.quia verò. colla.8.

Et si

Et si contraxerit, statim repellebantur à tutela. C. eo. auth. sacramenta. de app. c. ex parte, vbi de hoc. ¶†Ob. 4. ꝙ cum hic principaliter ageretur de hæreditate Papa non poterat se intromittere, vt in c. causam, s. eo. Sol. Papa in beneplacito habet iurisdictionem temporalem in habitu. Vel fortè non fuit oppositū. Vel hic agebat inter miserabiles personas. ¶†Ob. 5. ꝙ filij isti non sunt legitimi. s. eo. referente. Sol. Dicit gl. Quãdoq; contrahunt in facie ecclesiæ, vtroq; parente ignorãte de impedimento, & planum est, quod sunt legitimi, vt hic. Quãdoq; vtroq; sciente, & sunt illegitimi. Quandoq; altero sciente, & altero ignorãte, & adhuc sunt legitimi. Et hoc est verum in quolibet impedimento, cui parentes renunciare non possunt. Secus si possunt, vt in impedimento seruilis ꝺitionis, qa tunc indistinctè proles esset legitima. Quandoq; vterq;, vel alterignorat, & matrimonium clandestine contrahitur, & tunc sunt illegitimi. Hoc restringunt quidam, vt Gof. ad impedimentum consanguinitatis. Impedimento autem isto, vel alio etiam si matrimonium esset clandestinum, dicũt ꝙ proles est legitima, quia decre. cum inhibitio, non facit mentionem nisi de impedimento cõsanguinitatis. Idem Vin. Quia illa decre. cum inhibitio, est pœnalis, igitur non extendẽda. ff. sol. matr. l. si verò, §. de viro. Io. An. tenet contrarium, quia eadem est ratio in quolibet impedimento canonico, quia ex quo occurrit impedimentum canonicum, proles est fauorabilis, nisi matrimonium in facie ecclesiæ sit contractum, vt hic. Et illa constitutio est fauorabilis, quia inducta propter periculum animarum. Ideo ipsius pœna non restringenda, sed dilatanda, vt vitẽtur pericula, & in prole puniantur parentes mandatum ecclesiæ contemnentes. ff. sol. ma. l. 3. Sed nec filij legitimi semper succedunt, nisi sint liberi. s. eo. tanta. quod ibi no. Aut matrimonium non est clandestinum, & alter coniugum saltẽ ignorat impedimentum, & tũc filij sunt legitimi. Et dicit gl. ꝙ hoc est verum, etiam si concipiantur, vel nascantur iam lite mota, dum tamen ante sententiam conceptus sit, vel natus. s. eo. cũ inter. de quo glo. remittit ad c. cum inhibitio. ¶†Quærit gl. quid si aliquis esset seruus, & dũ crederetur liber, habuit prolem, an filius eius propter opi. ecclesiæ iudicetur liber, & legitimus quo ad ordines? Gl. dicit ꝙ non, C. sol. mat. l. 3. Alleg. in contrarium. ff. sol. mat. l. cum dotem, §. fi. Dic, si pater seruus contrahat cum muliere libera, ea putante ipsum liberum, hic non est matrimonium: filius tamen, qui sequitur conditionẽ matris, ingenuus est, & propter putatiuum matrimonium legitimus est. Ideo tunc ipse posset ordinari. Et ex hoc erit mirabile, quia ille idem error, qui inficit matrimonium, ille idem error prolem legitimauit. Non ob. l. 3. C. sol. matri. quæ dicit illum spurium, quia illud est de iure ciuili, ſm quod legitimũ matrimonium non legitimabit prolem. Quandoq; liber contrahit cum illa, quam putat liberã, & tunc hic non poterit promoueri, quia dato ꝙ ei non obstet illegitimitas propter opinatum matrimonium, obstabit tñ sibi seruitus, quasi sola opi. ex quo ipse sequitur ventrem, non facit ipsum liberũ, ideo tunc repelleretur ab ordine. ¶†Quæro, qñ dicatur matrimoniũ ꝓhi in facie ecclesiæ? Quidam dicunt, ꝙ sufficiat publicè amicis coadunatis, & nemine excluso. Et sic vtuntur Italici, arg. C. de nup. l. si vicinis. Alij, ꝙ seruata solennitate bannorum. j. qui ma. accu. poss. c. fi. Quod est verius, vt patet ex no. s. de cland. despon. c. cum inhibitio, secundum Gof. & Host.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex matrimonio inter infideles legitimè contracto manent legitimi, etiam parentibus ad fidem conuersis, nu. 5.*
2 *Matrimonium contrahunt infideles in secundo & tertio gradu, 6.*
3 *Legimoniter subiectus non adstringitur dispositioni communi legis, quo ad effectus iam in esse productos.*
4 *Vtilitatis publicæ ratione aliqua permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

CAP. XV.

1 **Gaudemus.** † Proles ꝓdita ex matrimonio inter infideles legitimè contracto legitima manet, etiam parentibus ad fidem cõuersis. h. d. Communis diuisio. Secunda ibi, ceterũ.
2 No. 1. ꝙ infideles contrahunt in secundo, vel tertio gradu.
3 Fingatur, ꝙ lex canonica non adstringit ludæos. ¶†No. 2. ꝙ nouiter subiectus legi non adstringitur dispositioni cõi legis,
4 quo ad effectus iam in esse productos. ¶†No. 3. ꝙ quædam tolerantur propter publicam vtilitatem. † Et no. ꝙ vertitur fauor publicæ vtilitatis quo ad Christianos, vt facilius inducantur infideles ad conuertendum se, quod absq; aliqua dispensatione opponitur, quod tales filij sunt legitimi, quia nati sunt ex matrimonio secundum legem suam approbatam, ergo legitimi sunt, de consang. & atn. c. de infidelibus. Sol. De rigore sunt legitimi, absq; etiam aliqua dispensatione, prout sunt nati ex ludæis in secũdo, vel tertio gradu. Prout autem sunt nati ex secundo matrimonio post factum diuortium, adhuc viuentibus repudiatis, filij tolerantur, & sic hoc est dispensatione. Et sic illud verbum, volumus reputari, potest propriè, & im-
6 propriè stare. ¶†Quærit glo. an inter tales sit matrimonium? Gl. remittit infra de diuor. c. gaudemus.

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusare qui possint matrimonium.*
2 *Testis an quilibet esse possit in causa matrimonij, 5.*
3 *Si de matrimonij viribus, aut nullitate agatur, quæ sit practica ꝓcedẽdi.*
4 *Accusator, & testis, an quis esse possit simul.*
5 *Consanguinitas potest probari per testes consanguineos.*

¶Viso de matrimonio, & ipsorum impedimentis, videamus de eorum separatione, & quia hæc fieri debent, & solent regulariter accusatione præmissa, & probatione ritè facta, ideo ꝓmittit rubricam, Qui matrimoniũ accusare possunt, &c. Vel ſm quod proles suscepta ex legitimo matrimonio legitima est, vel ex illegitimo matrimonio illegitima, videamus quomodo matrimonium, quod legitimum creditur, illegitimum declaratur, vt sic videamus, an ꝓles ex tali matrimonio susceptа debeat reputari legitima, vel ne. Materia habetur 25. q. 6.
1 per totum. ¶†Quæro, qui admittantur ad accusandum matrimonium? Dic, ꝙ quandoq; agitur ad ſeparationem thori, & ſoli cõiuges admittuntur. s. de iureiur. c. quemadmodum. Quĩque agitur ad ſeparandum vinculum: tunc aut est impedimẽtum defectus, vt frigiditatis, & sic adhuc ſolum coniuges admittuntur, de quo s. de frigi. & malefi. per totum. Aut est impedimentum erroris, & adhuc idem. Aut allegatur impedimẽ tum consanguinitatis, vel affinitatis, vel etiam alterius matrimonij, & admittuntur omnes. Illi tamen, qui sunt de consanguinitate coniugum alijs consanguineis præferantur. Tamen etiam indistinctè admittuntur extranei, licèt quidam teneant contra, & malè, vt no. Io. And. in add. Spec. eo. tit. ſuper ver. repelluntur. Et inter extraneos præferuntur maturiores, & an-
2 tiquiores. 35. q. 6. c. j. & 2. ¶†Quæro, adhuc ſolum coniuges admittantur ad testificandum in tali causa? Dic, ꝙ omnes illi, qui ab accusando repelluntur, etiam repelluntur à testificãdo, & ſimiliter omnes, qui admittuntur ad accusandum, admittuntur etiam ad testificandum, dummodo alias idonei sint.
3 ¶†Quæro de modo procedendi. Dic, quod quæstio fit ſuper fœdere matrimonij, quia allegatur consanguinitas, vel aliud impedimentum, procedetur lite non contestata. Secus si propter adulterium ad thori ſeparationem. s. vt lite non contesta. c. j. & c. quoniam, §. porro. hodie ſerua cle. diſpendiosam, de
4 iudic. vbi agitur de fœdere. ¶†Quæro, an in hac causa qs posſit esse accusator, & testis? Dic ꝙ sic. 35. q. 6. c. ſi duo. & c. epiſcopus in ſynodo. & c. de parentela, s. de testi. c. præterea. Ioã. And. in addi. Spec. in eo. tit. ver. in causa. dicit, quod nõ potest animam, vel animum applicare, quod ſuccumbens, qui teneretur ad expenſas, & intereſſe, ſit idoneus testis, ſed is, qui ex officio, vt in d. c. præterea. Vel ex conſcientia defert conſanguinitatem cõiugum in epiſcopo vt inquirat, & forſan etiam nominando illos quos ſcire putat, ſatis putat ꝙ de ſua ſciẽtia ſibi credatur. Et circa hæc dicit perfectos attendere canones, qui aliàs in materia emanauerunt, quando prohibitio erat valde difficilis, in probando autem decre. non debet, de conſan.
5 & affi. qui fortè non emanaſſent poſt decre. nõ debet. ¶†Quæro, an in tali caſu admittitur pater & mater ad teſtificandum? Dic ꝙ ſic, vbi agitur de conſanguinitate coniugum, vt ibi, & melius de conſang. & affini. c. j. de ſpon. c. cum in tua de teſti. c. ſuper eo. Si non quæritur de conſanguinitate, ſed alio impedimento, ſcilicet an cõtraxiſſet cum ea, tunc licèt communiter ſint admittendi ad accuſationem, & teſtimonium pater & mater, tamen in hoc caſu, ſi per potentiam alterius coniugum non haberetur ſuſpectum teſtimonium, repellerentur à teſtimonio, ſed non ab accuſatione. de teſtib. c. ſuper eo. Et idem videtur, ſi dicitur primo cum alio contraxiſſe, vel votum emiſiſſe, vel de ſpirituali cognatione, vel in his ſimilibus, quia ſi in talibus ſuſpectum ſit alicuius teſtimonium, repellitur, arg. illius decre. ſuper eo. In conſanguinitate tamen eſt ſpeciale, ꝙ nunquam habetur ſuſpectum teſtimonium alicuius conſanguinei. Vide quod no. j. eo. c. videtur. vbi Hoſtien. dicit contra Io. And. & ibi de hoc dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Reo absente contumaciter possunt super impedimento matrimonij recipi testes legitimi, & ad illorum dicta ferri sententia.*
2 *Compaternitas, & cognatio spiritualis est inter leuatum & filios leuantis, talis, quæ matrimonium impedit, & contractum dimit.*

Citari

3 *Citari potest absens extra territorium per literas.*
4 *Contra absentem proceditur in causa matrimonij ad sententiam diffinitiuam, lite non contestata.* 8.
5 *Manifestum sumitur pro notorio, latè sumpto vocabulo.*
6 *Vxor non tenetur sequi virum vagabundum.*
7 *Sententia potest ferri super solo manifesto.*
8 *Contumax reputatur absens causa necessaria, propria culpa.*
9 *Pactum in contractu matrimonij appositum, vt maritus debeat in certo loco morari, an liget contrahentes.*

CAP. I.

1 RElatum. ¶†Cum agitur de fœdere matrimonij, reo absente contumaciter, possunt super impedimento matrimonij, recipi testes, dummodo legitimi sint, & ad dicta illorū ferri sententia. h.d. Sunt duæ partes. In prima parte narratur consulta-
2 tio. In secunda responsio. Secunda ibi, Cōsultationi. ¶†No. j. ꝙ compaternitas, & cognatio spiritualis est inter leuatum &
3 filios leuātis, talis, q̄ impedit, & dirimit matrimoniū. ¶†No. 2. ꝙ absens extra territorium potest citari per literas. Vide de fo-
4 ro compe. c. Romana, §. j. lib. 6. ¶†No. 3. ꝙ contra absentem, etiam ex necessaria causa, quæ tamen habet principium à delicto absentis, in causa matrimoniali proceditur ad sententiā
5 diffinitiuam lite non conte. ¶†No. 4. ꝙ ex manifesto, intelligo latè, scilicet pro notorio, proceditur ad sententiam diffinitiuam. Et no. arg. ꝙ probatum per testes non dicitur notorium. De hoc dic vt in c. vestra, s̄. de cohab. cleri. & mulie. Etiam no. ꝙ subijcitur necessitati probandi ipsum manifestum. Itē no.
6 ꝙ in notorijs exigitur citatio. ¶†Ob. j. ꝙ mulier debet sequi virum. 33. q. 2. vnaquaq;. Sol. Dicit gl. quod sequi tenetur hic, ex quo ibi non poterat remanere vir iusta de causa, nisi fortè, quia vagabundus esset. ff. de ope. lib. l. quod nisi, §. ex prouincia, & quod no. in d. c. vnaquaque. & hic etiam Gof. tenet, qđ
7 ibi no. ¶†Ob. 2. ꝙ ex sola manifestatione sententia non feratur. 5. q. 2. manifesta. Sol. Gl. intelligit manifestū pro notorio, & sic in lata significatione ponitur, saluo nisi ponas, aut, pro &, quia sufficit manifestum, & testibus probatum. ff. de ver. signifi. l. sæpe. Vix enim, vel nunquam possit hoc impedimentū
8 esse notorium. ¶†Ob. 3. ꝙ lite non contestata non possit procedi ad sententiam diffinitiuam contra non contumacem, vt erat hic absens necessaria causa, vt lite non conte. c. quoniam, §. 2. Sol. Dicit glo. ꝙ cum iste fuerit absens propria culpa, hæc culpa loco contumaciæ reputatur. Vel secundo poterit procedi etiam contra non contumacem, ex quo constare potest de iure mulieris, quod tanto tempore expectauit. Alij dicunt, ꝙ ista corrigitur per clemē. illam. Hodie ista sunt expedita per cle. dispendiosam, de iud. vbi etiā parte non contumace omit-
9 titur litis contestatio. ¶†Quæro, quid si esset pactum factum in contractu matrimonij, vt maritus debeat certo loco morari, & inde non discedere, an standum est pacto? Dic quod sic, quia in traditione rei propriæ potest apponi pactū. C. de pact. conuen. l. j. vide quod no. s̄. de spon. c. Gemma. Et hoc verū, nisi casus nouus emergat, propter quem oporteat à pacto recedi, vt potest poni exemplum per hoc c. arg. de exc. c. pastoralis, cum simil. Pridie fui consultus, quid esset in pena apposita casu, in quo discederet. Dixi quod si ille voluntariè discederet, valebat pena, quia pena non tollebat libertatem matrimonij in contrahendo, vel dissoluendo: sed vbi ex causa discederet, non valebat pena, quia sic tolleret libertatem consecutiui ad matrimonium, scilicet exactionis debiti.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio, & testimonium in causa matrimoniali personaliter, & nō per literas fieri debet, nu.* 7.
2 *Testimonium per solam chartulam, absque expressione verbali non admittitur, etiam in causa matrimoniali.*
3 *Testium dicta non verbalia, sed per scripturam, faciunt præsumptionem.*
4 *Præsumptio quandoque iungitur probationi ad complendam probationē.*
5 *Accusationis finis est pœna, & an differat à denunciatione.*
6 *Præsumptio violenta sufficit ad formandum sententiam.*

CAP. II.

1 ANobis. ¶†Accusatio, & testimonium in causa matrimoniali personaliter, & non per literas fieri debet. h.d. Sunt duæ partes. In prima parte narratur partis conquestio. In secunda
2 responsio. Secunda ibi, ad hoc. ¶†No. j. ꝙ accusatio, vel testimonium per solam chartulam, absq; expressione verbali, ad-
3 mitti non debet etiam in causa matrimoniali. ¶†No. 2. ꝙ licèt testimonia, hoc est, depositio dicta per scripturam, non faciant
4 plenam probationem, faciunt tamē præsumptionē. ¶†No. 3. ꝙ præsumptio iungitur quandoq; præsumptioni ad complendam probationem. ¶Ob. j. ꝙ non propriè dicatur hæc accusa-
5 tio in matrimonio, † quia finis accusationis est pœna, vt patet de accu. per totum. Sol. Dic, quod propriè est denunciatio stricte, licèt latè posset dici accusatio. Nā ad hoc dirigi debet intentio accusantis, vt cessent à peccato, quod proprium est denunciationis, & melius est, quod fiat in scriptis. s̄. de reli. in integ. c. ex literis. & hoc in contractu. In contrahendo autē planum est. de despon. impu. c. ad dissoluendum, secundū Inn.
6 ¶†Ob. 2. ꝙ etiā ex præsumptione iudicetur, de præsump. cōferte. Sol. Ex præsumptione non iudicatur nisi vt violenta, vt ibi, adiuuat tamen alias probationes, & quandoque propter ipsam defertur sacramentum, sed non in causa matrimoniali,
7 de quo vide, vt dixi de iureiuran. c. fi. ¶†Quæro, an hæc decre. etiam habeat locum in testimonio, & accusatione? Gl. dicit, quod procedit in vtroque, putat tamen gl. quod de mente literæ, quod loquatur in testimonio, vt patet in litera ibi, ex præsumptionem, quia sola accusatio nunquam iuuat ad probationem. Et dicit hic Inn. quod testis in causa matrimoniali per se est examinandus, vt audiat cum qua trepidatione loquatur. Et simile dicit in causa matrimoniali. Et si alius, quam iudex, testem causæ recipit, debet certificare illum, qui est iudex causæ, & remittere quāta fides sit ei adhibenda, de fide instrum. constitutus, in fine. de quo dic vt in c. quoniam contra falsam, de prob. & in d. c. constitutus.

SVMMARIVM.

1 *Testificari possunt consanguinei in causa matrimoniali, etiam parentes.*
2 *Testes quando esse possunt parētes, fœmina, fratres, & consanguinei in causa matrimoniali,* 8. 9.
3 *Concursus vinculi legis, & consuetudinis possibilis est circa idem in dissoluendo.*
4 *In testimonio consanguinitatis præferuntur parentes alijs,* 6.
5 *Testis de auditu in casibus, in quibus non admittitur.*
7 *Matrimonium contractum à filio sine patris consensu non valet.*

CAP. III.

1 VIdetur. ¶†In causa matrimoniali super consanguinitate ex cōtractu testificari possunt consanguinei etiam parentes. h.d. Primo ponit dictum. Secūdo ipsius rationem. Tertio soluit quoddam contractum. Secunda ibi, ideo. Tertia ibi, quod ve-
2 ro. ¶†No. primo, ꝙ in causa matrimoniali, vbi agitur de matrimonio coniungendo, admittuntur parētes, & fratres, & cognati. Et sic habes casum, in quo parentes non repelluntur à testificando. Et no. ꝙ in tali casu etiam fœmina admittitur ad
3 testificandum, idem si agatur de s̄acto dissoluendo. ¶†No. secundo, ꝙ possibilis est circa idem concursus vinculi legis, & consuetudinis in dissoluendo. Vide de constitut. cap. j. lib. 6.
4 ¶†No. tertio, quod parentes omnibus alijs præferuntur in testificando. Et nota causam, quare parentes potius admittuntur, quia quilibet melius cognoscit genealogiā suam, quā alius. Et sic nota, quod cæteris paribus præferendus est quis ad testificādum de actu, qui melius est super eo, & de eo informatus.
5 ¶†No. quarto, quod in casibus, in quibus admittūtur testimonia de auditu, valet dictum testis, etiam si non reddat causam scientiæ per immediatam causam sciendi, sed per mediatam. Et pōdera, quia hæc mediata prodest, siue ipsam collegerit ex relatione alterius, siue ex recitatione maioris extantis. Et sic potest testis deponere de eo, quod scit ex lectura instrumenti.
6 Vide j. de priuil. c. cum olim. ¶†No. quinto, ꝙ etiam in causa matrimoniali, vbi agitur de contractu, admittuntur cōsanguinei tanquam melius informati. Et hoc est, quod melius præsumit̄ informatus in actu, in quo eius interest interesse, quam extraneus, & ab illo quærenda est veritas testimonij, qui melius præsumitur informatus, & quod ille verisimiliter melius informatus præsumitur, cuius interest in actu, de quo testificā-
7 do quæritur interesse. ¶†No. sexto, ꝙ secundum leges non valet matrimonium contractum à filio sine consensu patris, in cuius est potestate, non in emancipato. ff. de ritu nup. l. filius.
8 ¶†No. septimo, ꝙ pater in causa filij, & filius in causa patris, non admittitur ad testificandum, nec in criminali, nec in ciuli causa. Fallit in causa matrimoniali, prout agitur de coniungendo, vel disiungendo, & hoc est prærogatiua matrimonij, propter eius fauorem. ¶No. ꝙ in causa matrimoniali testimonium dicitur fauorabile, etiam si propter hoc agitur de matrimonio disiungendo propter peccatum. Fallit etiam in testamento, de quo 2. q. 5. c. j. Quidam autem alij casus notātur a
9 Spe. de testi. §. j. post principium. vbi satis de hoc. ¶†Obstat parentes non admittuntur ad testificādum in causa matrimoniali filiorum. s̄. de testi. c. super eo. Quidā dicunt decre. hic loqui, quando ambo sunt pares. Si autem alter est superioris potentia, vel diuitijs, non admittuntur vt ibi, quia matrimonium est suspectum. Alij dicūt, quod hæc decre. loquitur alio casu, vt ibi dicit gl. videtur concludere, quod quandoque agitur de matrimonio contrahendo, vel dissoluendo ex impedimento consanguinitatis, & indistincte admittūtur, vt hic. Aut agitur de contractu, & tunc standum est distinctioni decre. illa-

per

per eo. Dic, aut sponsus est superior filiæ, & parentes filiæ sunt suspecti, siue de consanguinitate agatur, siue de contractu. Nã & in genealogia possent filium dicere, ponendo primum gradum pro secundo. Si est inferior, in vtroque casu admittitur. Si est par, est ad arbitrium. Iudex tamen attendat, an mater affectat matrimonium multum, an non, vt primo casu repellat, secundo admittat. Si indifferenter se habet, & tunc habebit respectum ad qualitatem personarum dictarum, scilicet vultus mutatione, ac mentis trepidatione, & secũdum hoc admittat, vel repellat, vt no. de despon. impu. c. attestationes, de testi. c. in nostra, & in dubio statur pro matrimonio, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non dissoluitur propter sponsalia metu, vel coactè contracta, vbi sponsa postea sponte fuit cognita, nu. 7.*
2 *Copula voluntaria superueniente legitima ætate, ratificat matrimonium nullum ex defectu liberi consensus, 7.*
3 *Ad matrimoniũ contrahendũ dicitur fœmina habilis in duodecimo anno.*
4 *Matrimonium contractum ante legitimos annos debet minor, cum superuenerit ætas legitima, si non vult ratificare, statim contradicere.*
5 *Testes contra matrimonium producti, quales esse debeant?*
6 *Ad probandum frustra quis admittitur, quando probatum non releuat.*
8 *Matrimonium si contraxerit filia minor ætate, quare superueniente ætate legitima ratificatur.*
9 *Matrimonium contractum in minoritate, vt post ætatem legitimam ratificetur, an sufficiat tempus tridui.*
10 *Matrimonij validitas vt impediatur, q̃ forma in reclamãdo sit obseruãda.*

CAP. IIII.

1 INsuper. ¶†Inuitè desponsata postea sponte cognita contra matrimonium non auditur. h. d. Sunt duæ partes. In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, 2 an hoc. ¶†No. primo, q̃ matrimonium nullum ex defectu liberi consensus, & ætatis, ratificatur per copulam voluntariam superuenientem, ætate legitima intercedente. ¶†No. secũdo, q̃ fœmina in duodecimo anno dicitur habilis ad matrimonium contrahendum. ¶†No. tertio, q̃ mulier ducta ante annos legitimos, si non vult ratificare matrimonium, debet cõtradicere statim cum superuenerit legitima ætas: aliàs si cohabitat non contradicendo, matrimonium ratificatur, & maximè copula 3 intercueniente. ¶†No. 4. quales debent esse testes contra matrimoniũ producti, quia debent esse fama, & conuersatione præclari. Concordantiæ sunt in gl. ¶ Ob. q̃ ad probandum de cõtractu non debuerunt mulierem admittere, ex quo constabat 6 à principio ipsam cognitam voluntariè, † quia quis non debet admitti ad probandum, quod probatum non releuat, vt patet, ff. de offi. deleg. c. cum cõtingat. Sol. Dic, q̃ hæc probabat, id est probare intendebat, iuxta illud,

Est mihi pro facto sæpe, quod esse potest.

7 ¶†Obst. 2. q̃ ex quo inuita contraxit, licet sit cognita, hic non est matrimoniũ. 33. q. 4. c. vir cum propria. Sol. Hic loquitur quando voluntarie fuit ex postfacto cognita, ibi quando fuit cognita inuita. Dicit tamen glo. q̃ ex præsumptione in dubio præsumitur voluntariè cognita. alleg. de sponsa. ad id, quod. 8 ¶†Obst. 3. q̃ mulier etiam post legitimam ætatem posset contradicere, quia data ignorantia temporis ex iusta causa tẽpus sibi non debet currere. Item, quia talibus minoribus non currunt præscriptiones, imo ipso iure seruantur illæsi. C. in quib. casi. in integ. restit. non est ne. l. fi. Sed ista puella tolerabiliter ignorat numerum annorum suorum, & illos non poterat certa tudinaliter scire, maximè attenta ætate. Item ista erat minor, cui præscriptio non currit, igitur eriam post maiorem ætatem non debet sibi tẽpus currere, & sic videtur q̃ contradicere possit. Sol. Negligentia sibi imputatur, quia potuit scire per audiũm à parentibus ætatem suam, quia cõiter scitur. Item quia cõiter parentes contradicunt pro filia, ideo negligentia parẽtum nocet filiæ. Et quicquid dicatur, speciale est in hoc matrimonio. Et hoc toleratur propter publicam vtilitatẽ, aliàs multa matrimonia indebitè dissoluerentur. Et per hoc respondetur ad fm, q̃ est speciale in tali matrimonio, in quo etiam reputatur maior ad agẽdum, vt in c. mulieres, de iud. li. 6. & pro 9 pter capacitatem dotis sibi currit tempus. ¶†Obst. 4. q̃ etiam absque copula, si cohabitauit solum post ætatem legitimam, ratificetur matrimonium. de despon. impub. c. j. lib. 6. Sol. Fatetur Host. q̃ sola cohabitatione ratificatum foret matrimonium, sed exigit cõtinuationem tridui post ætatem legitimã. Remittit s. ad c. de illis, de spon. & quod no. in c. fi. j. eo. c. attestationes. Et dicit, q̃ fortius est matrimonium, si secuta est copula, & præsumitur consensisse, ex quo circa carnis copulam 10 violentia nõ allegatur, de quo j. de spon. c. is, qui. Secus ergo, si fuisset cognita inuita, vt no. 16. q. 3. prima actione, & j. q. j. c. constat, fm Host. ¶†Quæro de forma huius reclamationis, & practica, vt impediatur confirmatio, seu validitas matrimonij. Dic, q̃ facienda est coram episcopo. s. de despon. impub. c. duo, & c. de illis, & c. continebatur. vel coram eius officiali, de frigi. c. j. & illis deficientibus, recurrendũ est ad vicinos bonæ famæ. de frig. c. laudabilem. de offi. deleg. c. pastoralis, §. fi. Et quam cito poterit, coram episcopo veniat, & ei publicet. de appel. c. ũ iustus, de sen. excom. de cetero. secundum Host.

SVMMARIVM.

1 *Accusans matrimonium propter quæstum, repellitur.*
2 *Testis, & accusator repellitur, non propter finem peccati vitandi, sed propter finem quæstus pecuniæ.*
3 *Delictis, seu maleficijs hominum, non est indulgendum.*
4 *Testis quomodo poterit probari corruptus.*
5 *Testes corruptos non obiectates, an Iudex possit ex officio repellere.*
6 *Simoniam non inducit traditio pecuniæ in matrimonio contrahendo, licèt matrimonium sit quid spirituale.*

CAP. V.

1 SIgnificante. ¶†Repellitur accusans matrimonium propter quæstũ. h. d. Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secun- 2 da causæ cõmissio. Secunda ibi, cũ igitur. ¶†No. j. q̃ accusator repellitur inspiciens accusationem nõ propter finem peccati vitãdi, sed propter finẽ quæstus pecuniæ. ¶ No. 2. q̃ effectus non sequitur semper intentum operantis, & maximè opera dante in malum, imo quãdoq; oppositum sequitur. ¶ No. contra istos, qui pridie venerunt ad leuandum rumorem in ciuitate ista Florentiæ, habentes intentum, q̃ populus eos sequeretur, qui postea se clauserunt in sancta Liberata, & ibi tenuerunt se per duas horas, vltimatè fuerunt capti, & decapitati, inter quos fuit Maximus de Racijs, Bastardus de Medicis, 3 & vnus alter de Spinis, & Guil. de Hieronymis. ¶†No. q̃ maleficijs hominum non est indulgendum. ¶ No. hic practicam cõ 4 tra calumniosè accusantem, cõstito de calumnia. ¶†Quero, quomodo poterat hoc constare, q̃ mater hoc fecerat ex fine quæstus? Dic, q̃ publicatis testibus apparebat nihil probatum, & falsi testes, quos induxerat, reuelauerant hanc iniquitatem ante testimonium, postea enim nõ crederetur eis de testi. c. fi- cut. Vel fortè probabitur per mediatores, per quos pecuniam postulabat, vt dixi s. No. hic per hanc decre. regulam generalem, q̃ nullus admittatur ad accusandum, quando constat, q̃ mala intentione inducitur, & fortius in matrimonio. An autem debeat esse sine crimine. 3. q. 7. c. in grauib. Matrimoniũ enim propriè non accusatur, nisi ab vxore. Nam cum non sit publicum crimen, non admittuntur, nisi quorum interest, sed denunciari potest. Et dicitur denunciari crimen, in quo ma- 5 nent. s. c. proxi. de despon. impub. c. ad dissoluẽdum. ¶†Quero autem, an iudex tales ex officio proprio repellere posset? Dicunt Doct. q̃ sic hoc casu, nisi fortè immineret periculum animæ, ex quo constat de calumnia. Quamuis enim nihil obijceret aduersarius. de excc. c. exceptionẽ. vel expresse cõsentiret. ff. de postu. l. quos prohibet, de elec. c. cum nobis olim. gl. sunt 6 clare. ¶†No. gl. vltimam, quæ tenet q̃ in matrimonio dare pecuniam, non inducit simoniam, quia ibi nõ infertur gratia, de quo de sacra vnct. c. j. de simo. c. cũ ecclesiæ. j. q. j. de quo. Quid inuisibilis. 32. q 2. honorantur.

SVMMARIVM.

1 *A denunciatione repellitur, qui in tempus præfixum non denunciauit.*
2 *Banna debent in ecclesia proponi, & publicari, antequam matrimonium contrahatur, 7.*
3 *Scientia publicè facti præsumitur, nisi probetur ignorantia.*
4 *Ignorantia publicè facti, qualiter poterit probari?*
5 *Termino lapso ad opponẽdũ, an quis possit admitti, dato impedimẽto iusto.*
6 *Testis, cuius auctor repellitur, vbi à testimonio repellitur, an etiam à simili quis repellatur ab accusando.*
8 *Quomodo iudicatur quis in annis teneris constitutus.*
9 *Ab accusando quis repellatur propter causam legitimam?*
10 *Ad denunciandum an quis admittatur, vbi repellitur ab accusando.*
11 *Ad accusandum matrimoniũ an ipsi contrahentes admittantur lapso termino ad accusandum, 12.*

CAP. VI.

1 CVm in tua. ¶† Repellitur à denũciatione matrimonij, qui denunciationis tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignoraret, vel iurat de nouo didicisse, quæ nũc malitiosè nõ obijcit. h. d. Primo ponitur quæstio. Secundò responsio distinguens, ibi, super quo. In tertio membro ibi, alioquin. facit duo. Primo soluit causam. Secundo excipit, & exce- 2 ptionem ampliat, & causam reddit ibi, quoniã. ¶†No. j. q̃ de consuetudine antequam matrimonium contrahatur, debent banna proponi in ecclesia, & fm illam consuetudinem est factum ius. de clan. despon. c. cum inhibitio. ¶†No. 2. q̃ publicè 3 facti in dubio præsumitur scientia, nisi probetur ignorãtia. A I 4 hoc, de postu. c. j. † Qualiter autem probetur, hic habes triplicem

cem modum probandi, scilicet absentiam, & non sufficit probare absentiam extra diœcesim. Pondera tex. & de banni ignorantia, & statuti facti publice, si absunt à diœcesi, possunt eam prætendere, saltem tempus banni lati, vel statuti editi. Secundò probatur ignorantia, si propter infirmitatem patiebat mentis exilium. Tertiò, si erat in annis tam teneris, q ad comprehensionem banni ætas non sufficiebat, vel si aliqua causa legi
5 tima fuerat impeditus. ¶No. 3. q† statuto termino ad accusandum, post terminum quis nō auditur; & hoc propter suspitionem, quæ surgit contra ipsum, q facit ex malitia, nisi probabiliter ignoraret terminum, vel nisi apponat impedimentum, cuius scientia ex postfacto ad ipsum peruenit. Et sic videtur, q c. pastoralis, quod loquitur de termino statuto ad excipiendum dilatorias, habeat etiam locum in termino statuto ad peremptorie excipiendum, vt dictum fuit in c. lator. de re iud. Et no. q ignorantiam causæ, quam opponit, probat per iuramentum, & vltra hoc debet iuramentum comprehendere, q ad hoc opponendum non procedit ex malitia. ¶No. 4. q admittuntur ad accusandum impedimentum, qui notitiam habuerunt causæ, & impedimentum ab illis, qui sciuerunt tempore banni. Et sic admittuntur aliqui, quorum repelluntur authores, quando authores non repelluntur ex defectu personæ, sed propter lapsum temporis opponendi, quando eadem causa repellendi non excludit successores. ¶ Ob. 1. q non videtur posse, q propter ætatem hic fuit inhabilis ad capiendum banna & postea forte habilis ad capiendum impedimentum. Sol. Dicit glo. q hoc est possibile diuerso tempore, vt quia forte primò non erat habilis tempore banni emissi ad capiendum bannum, vel impedimentum. Nunc autem effectus sit habilis ad
6 vtrunque. Vel, secundum Doc. sciebat consanguinitatem, sed comprehendebat, q illa impediret matrimonium. ¶† Ob. 2. q non debet quis admitti ad accusandum, vbi eius author repellitur. de testi. c. licet. de hære. c. fraternitatis. Sol. Dicit gl. quis non admittitur ad testificandum, cuius author repellit, vt ibi; sed bene admittitur ad accusandum, cuius author repellitur, vt hic. Et ratio est, modicum, & magnum præiudiciū, quia modicum est præiudicium, si accusator admittitur, cuius author repellitur, sed magnum est in teste. Nam per dictum accusatoris quis non cōdemnatur, nisi adsint legitimi testes, sed ad dictū testis sic ꝺdemnatur, & ideo debet esse talis author, à quo causam habuit dicendi, q ad hoc admittatur. C. de acq. poss. l. vitia. Credo tamen, q possit aliter responderi, quia ibi vitiū inficiebat personam authoris, à qua trahebat dictū testis, hic vitium inficiebat personā accusatoris, à quo iste trahebat scientiam. Item istud fundamentum trahitur ex authore, & scien-
7 tia causæ, quare accusare intendit ibi nō, ideo nocet. ¶† Quæro, quid comprehendatur hic appellatione bannorum. Dic, q comprehenditur denunciatio, quæ alibi ponitur pro mandato sub pena procuratoria facta. 16. q. j. statuimus. Quod scientes impedimentum intra certū tps denunciaret, de cland. despō. c. fi. Et vide ff. de var. & extraor. l. edictis, & de excep. c. dilecti. Et dicit hic Inn. q talia edicta proponūtur demum, qñ plures ad agendum, vel accusandum, vel opponendum, admittuntur ad aliqd simile, vt in restitutione, in matrimonio, in adoptione, & in notabilibus. §. qui fil. sint legi. c. lator. ff. de adopt. l. nāta. C. si vt se ab hære. abst. auth. si omnes. Et est ratio, quia tūc nescitur q certa persona debeat vereri, sicut dicitur de elect.
8 actionem. lib. 6. & ff. quorum leg. l. j. §. quid autem. ¶† Quæro secundo, quomodo iudicatur in annis teneris constitutus? Dicunt Doct. q forte erat minor 14. ann. vel erat nō doli capax. de deli. pue. c. j. Quia cuilibet, qui potest peccare, dictum est, si peccauerit in te frater tuus, & c. 2. q. j. si peccauerit. 24. q. 3. tā sacerdotes. Vel regulariter non admittitur minor agens. Insti.
9 de cura. §. item inuiti. fm Vinc. ¶† Quæro, quæ iudicatur legitima causa? Dic, puta quia excōicatus erat illo tempore, ita q nō poterat admitti ad accusandum. de iudi. c. intelleximus. Et dicunt Doct. hoc esse arbitrio iudicis relinquendum, de offi. deleg. c. de causis. quia omnia non possunt specificari, ff. de
10 leg. l. non possunt, & ff. de præscri. verb. l. 4. ¶† Quæro, an præpositis bannis hic, qui repellitur ab accusando, admittatur ad denunciandum? Vt q sic, quia repulsus ab accusando prætextu iuramenti, nihilominus admittitur ad denunciandū, vt patet de iureiur. c. quemadmodū. Gl. & Doct. determinant ipsū non admittendum, quia lapso termino præsumitur suspectus, & suspecti non admittuntur ad denunciandum. de accus. c. cū dilectus. de spon. c. cum in tua. Item, quia prohibetur ab accusando, ergo à denunciādo, quia quod vna via prohibetur, &c. de reg. iur. cum quid, lib. 6. nisi forte tacuit q tunc non habebat probationes. Vel forte tunc hoc non iurat, cum ipse potuerit impedire solus testificādo, de spon. c. præterea. de testi. c. super eo. Cum etiam sola fama impediat, de consan. & affi. c. 2. Dic, aut denunciatio fit precisè ad peccatum corrigendum, & hic admittitur etiam lapso termino, fm Host. in c. cum in tua, de sponsa. Aut fit solum ad finem matrimonij dissoluendi, vbi quis existit animo denunciandi, & non admittitur, vt hic. Hæc vera, nisi tacuerit, q alter opponebat quem, postea docet præuaricatum. ff. de præuari. l. 4. Et talis postea admittitur, alias si non doceret illum præuaricatum, nō audiretur, fm Inn. etiam si ignorasset illum accusasse. de quo de accusa. cap. super his.
11 ¶† Quæro, an lapso hoc termino admittantur ipsi ꝯhentes ad accusandū? Gl. dicit q sic, quia terminus ipsis non intelligitur statui. Allegat de resti. spol. c. ex conquestione, & de cland. de-
12 spon. c. cum inhibitio. de sen. excom. inquisitioni. ¶† Quæro, an indistincte statim lapso termino excludantur omnes à testate accusandi? Videtur q sic, nisi intra terminum accusedi. 32. q. 3. mulier. Quidam quod audiantur ad annum postea, 20. q. 2. puella. vel saltem vsque ad decē dies. ff. de const. Princ. promissor. Quidam, vt Io. dicunt, q hoc intelligitur cum temperamento. ff. de solut. l. quod dicimus. Gl. dicit, quod autem est integra, & semper potest admitti. Aut iam est contractum matrimonium, & non auditur post, tanquam suspectus, si ante potuit denunciare de impedimentis, fm gl. & Inn. etiam si in banno non fuit dictum, q post terminum non audiretur. ff. de adop. l. mancipiorum, & l. si adoptio, §. fi. fm Cy. fm quem vbi decretum cū causæ cognitione apponitur, est omnino seruandum. C. commin. & epi. l. interlocutoria. Et idem etiam est lapso tempore à lege statuto. ſ. q non licet aliquid dicere. C. de adul. l. omissa. etiam si sit lex municipalis. ff. de decre. ab ord. fa. l. fi. vbi decretum appositum sine causę cognitione potius cēsetur comminatio, q̃ interlocutio. vide quod no. in c. 2. ℣. de resti. in inte. & de procur. c. in nostra. & ibi recitaui aliquos tenere sniam matrimonij necessarij, vt nullus post terminū audiatur. l. diffamari. C. de inge. & manu. Sed adhuc prodest snia: quia si matrimonium non sequatur, post snīam non audiret, alias secus. Concludo ergo, aut decretum emanat ad statuendum terminum sine causæ cognitione, & terminus est peremptorius, ideo post terminum non auditur indifferenter. Aut emanat cum causæ cognitione, & cum snīa, aut indistincte re integra, vel non integra, non audiatur. Aut emanat cum causę cognitione, etiam sine snīa, etiam dato q cōminatio sit facta, q postea non audiretur, & adhuc congruum est distinguere, an sit res integra, vel non. Dicit gl. q hoc habet locum tam in termino hominis, q̃ in termino iuris. Vbi autem nullus fuisset terminus statutus, admittēdus esset quandocunq; re integra, re autem non integra, nō esset admittendus, vel forte cū temperamento, per iura in gl. allegata, fm Inn. & Host. Vide quod no. de appella. cum parati. secundum Io. And. ¶ Vltimo tangit hic glo. quod plus valet iuramentum, quàm præsumptio contra istos post lapsum terminum, quæ tollitur iuramento. Sed dicunt Doct. quod illa hic nō colligitur, quia præsumptio erat super vno, & iurabatur super alio. Nam præsumptio erat propter lapsum termini, & iuramentum præstabatur superuenientia scientiæ, imo probat quod lapso tempore erat presumptio malitiæ. Et iste iurando quod malitiosè non fecit, allegata causa quod nouiter didicit, purgatur præsumptio malitiæ. Primū verius, quia malitia cessat præsumptione, eo quod causa nouiter superuenit, sed cum iuramento probatur.

De diuortijs. Rubrica.

¶ Viso qualiter matrimonia coniungantur, nunc videndū est qualiter dissoluantur. Et loquitur in plurali de diuortijs, quia quandoq; fiunt quo ad thorum, quandoq; quo ad vinculum, vt infra patebit. Materia habetur 32. q. j. & q. 7. per totū, & 33. q. 6. ab isto, & duobus c. seq. & q. 9. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium necessarium non priuat homicidam spe coniugij.*
2 *Matrimonij spe priuatur alter coniugum per machinationem in mortem alterius de facto secutam.*
3 *Homicidium non adscribitur ei, qui se defendendo alterum occidit.*
4 *Matrimonium quæ delicta impediant contrahi.*
5 *An vir teneatur cohabitare cum vxore machinante in eius vitam.*

CAP. I.

1 SI qua mulier. ¶† Sicut homicidium necessarium non priuat spe coniugij, sic machinatio in mortem coniugis, h. de
2 non diuiditur. ¶† No. vnum delictum priuans spe cōiugij si mulier machinatur in mortem viri, & propter
3 illam machinationem sequatur homicidium. ¶† No. q licitum est se defendendo alium occidere, nec ei homicidium adscribitur ad aliquam pœnam. ¶† No. q mulier, quæ est insidiatrix viri, priuatur spe coniugij, licet cogitatio non habuerit effectum, dummodo sit deuentum ad actum, & hoc maximè, qñ
4 facit hoc adultera. Idem etiam si sit mediatrix. ¶† Obst. q hic
5 homicida

homicida repellatur a potestate contrahendi matrimonium. 33.q.2.interfectores,& c.admonere. Solutio. Regulariter aut est necessarium,& hoc impedit matrimonium cõtrahendum. Aut est voluntarium,& regulariter non impedit,exceptis quę habentur 32. q.2. interfectores, & c. admonere. vt si maritus interficit vxorem,vt no.in c.2.infra de pœ. & remiss. & in casibus,in quibus homicidium impedit matrimonium, in omnibus illis si sunt iuuenes ex dispensatione datur licentia cõtrahendi,vt dictis iuribus. ¶† Quę autem sunt delicta, quæ impediunt quem matrimonium contrahere? Dic vt in c.2. infra de pœ.& remiss.glo.assignat contra, supra de spon. c. fi. vbi conatus nõ attẽditur sine effectu:remittit ad ibi no. Dic vt ibi dixi. 7 ¶† Quæro nunquid vir debet cohabitare cum vxore sibi insidiante? Dicunt Docto. quod non, si refrenari non potest, nec aliqua cautione mederi. imò potest, & petenti restitutionem obstabit hæc exceptio.de resti.spo.c.literas,§.fi. Attamen quãdiu viuet,contrahere non poterit,infra c.prox.secundum Hostien.Vltimò Hostien.inducit decr.contra tenentes, quod sola machinatio sine adulterio non dirimat matrimonium postea cum interfectore contractum,vt no.supra de eo,qui dux. in matr.c.j. Nam si sola machinatio hic tollit beneficium huius coniugij, & cuiuslibet alterius, vt hic, contra decre. vltimam, supra de sponsa. fortius debet dirimere matrimonium tam iniquè contractum.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium non habet locum inter coniuges propter alterius crimen, nisi spiritualiter,aut carnaliter fornicetur,nu.6.*
2 *Matrimonium propter infidelitatem alterius coniugium non separatur quo ad vinculum.*
3 *Coniugum appellatione comprehenduntur ij, quorum facta est separatio quo ad thorum.*
4 *Statutum loquens in fœmina, habet locum in masculo.*
5 *Matrimonium inter fideles propter alterius infidelitatem separatur quo ad vinculum.*
6 *Matrimonium quo ad quid separatur propter spiritualem fornicationem.*

CAP. II.

QVæsiuit a nobis. ¶ † Coniuges propter alterius crimen non separantur,nisi spiritualiter fornicetur,& tunc duret coniugium etiam eis separatis. Et sunt tres partes. In prima parte narratur facti narratio. In secunda consultatio. In tertia,forma sententiæ. Secunda ibi, verum. Tertia ibi, in viris non separat matrimonium,nisi sit delictum viri. ¶ Nota, quod regulariter delictum, in quo alter alteri nocere velit, & 2 trahere ad infidelitatis errorẽ, dirimit matrimonium. ¶ † Nota secundo,quòd etiam propter infidelitatem alterius coniugum non separatur matrimonium quo ad vinculum, sed solum quo ad thorum. † Et nota quòd appellatione coniugum comprehendantur etiam coniuges, quorum est facta separa- 4 tio quo ad thorum. ¶† Nota tertiò,quod statutum in fœmina habet locum in masculo, & quod statutum in vno ex correlatiuis,extenditur ad reliquum. Sed hæc est legis extensio, ita q 5 hæc erit contra.vide C.de indi.vidui.l.2. ¶† Obstat quòd licet non trahat coniunx coniugem ad infidelitatis errorem, si tamen trahat ad peccatum,separantur,vt infra eo.c.quanto. In- 6 nocen.fatetur hoc,tu dic vt ibi dicetur. ¶ † Obstat secundo, q pro crimine posit coniunx coniugem dimittere. 28. q. j. idolatria.de adulte. per totum. Solutio. Regulariter pro crimine non dimittit vxorem. Fallit in crimine fornicationis carnalis, vel spiritualis, & sic sunt duo casus. ¶ † Obstat tertio, q etiam quo ad vinculum separantur, infra c. quanto. Solutio. Si matrimonium est inter fideles, propter alterius infidelitatem potest separari, quia non est ab ecclesia ratum, sed inter 8 infideles secus,vt hic. ¶† Quæro,quo ad quid propter spirituafornicationem an separetur matrimonium? Quidam dicunt,quod non separatur,nisi quo ad vinculum seruitutis,vnde tali solutione non obstante quo ad solutionem debiti remanent obligati. Et mouentur, quia Dominus solam causam fornicationis excipit, & constat, quod Dominus loquebatur carnali tantum. Hostien. dicit contra. quia dominus indifferẽs locutus est,& sic etiam intellexit de spirituali. Matthei 19. Beati Apostoli interpretati sunt de spirituali. 28. q. 6. mos,& c.sequen.& ad hoc de conuer.coniu.c.fi. Et sic eorum interpretationi standum est,supra qui filij sint leg.per venerabilem. Et hæc est veritas.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non potest a viro separari sine iudicio ecclesiæ, nu. 12.*
2 *Matrimonium esse non potest inter virum & cognatam vxoris, nu. 11.*
3 *Vxorem quis dimittere non potest propter notorium impedimentum, absque iudicio ecclesiæ,nu.12.*
4 *Possessorio recuperandæ agenti non obstat exceptio proprietatis.*
5 *Inquisitionis officium cessat accusatore apparente.*
6 *Iudex ex officio potest procedere in causa matrimoniali ad inquisitionem.*
7 *Consanguinitas non est de facili notoria.*
8 *In notorijs licèt iuris ordo non seruetur,quando sententia sit super notorio ferenda.*
9 *Spoliatus vxore,an debeat reintegrari, vbi contractum fuit matrimonium contra ecclesiæ interdictum.*
10 *Coniuges discordes bene coniunctos reconciliat ex officio Episcopus, & ipsos compellit ad cohabitandum simul.*

CAP. III.

1 PRorrò. ¶† Vir non potest dimittere vxorem sine iudicio ecclesiæ, etiam propter notorium impedimentum. Hæc prima pars. Secunda dicit, quòd si fama differt impedimentum coniugij, etiã nemine opponente,episcopus potest inquirere.hoc dicit. Se- 2 cunda ibi,prẽterea. ¶ † Nota primò, quòd agnatam vxoris se- 3 cundum hæc tempora quis nõ põt habere in vxorem.¶† Nosecundò,quòd absque iudicio ecclesiæ etiam propter notorium impedimentum quis non potest vxorem dimittere. Et sic pa- 4 tet,q post notorium expectari debet sententia.¶† Nota tertiò, hic casum apertum, q agenti possessorio recuperandæ nõ obstat exceptio proprietatis notoria contra oppositam ad no. in c. literis.de restit.spolia.& Innocen.de renun. super hoc. & quæ 5 habentur in c.antepenul.supra de causa possess.¶† Nota quartò, quòd apparente accusatore cessat officium inquisitionis, aliàs effectus inquisitionis,quasi hoc sit subsidiarium,infra de accusa.c.qualiter,el 2.¶Nota quintò,quòd alius est processus per viam notorij,alius per viam inquisitionis, quia in processu nulla indagatio exigitur,quãdo notorium est, secus in pro- 6 cessu inquisitionis.¶Nota sextò, quòd ex officio põt iudex ad inquisitionem procedere in causa matrimoniali, dato q strictè criminalis non sit.dixi de iureiur.in c. ad nostram, & c.tua 7 nos.¶Nota septimò,q parentela de facili non est notoria,seu publica,nisi sit in secundo,vel tertio gradu. Et nota hic,quòd manifestum, & publicum videntur hic sumi pro eodem. vide 8 quod dixi de coha.cle.& mu.c.vestra.¶ † Obstat, hic innuit in notorijs sententiam ferendam. contra,quia in notorijs nõ est ordo iuris seruandus,ordo iuris quo ad sentẽtiam semper seruandus est contra, ad alia non, vt hic dicunt Doct. verum esse quo ad citationem,vt no.de iureiuran. c.ad nostram. Per hoc concludit glo.q dato q parentela sit notoria,propter hoc non est separandum matrimonium. Et est ratio,quia separatio est pœna,& pœna non est inferenda,nisi per iudicem.33.q.2.§.in 9 hoc.† Et hoc inferunt Doct. q hoc est perpetuũ, vt restituatur spoliatus, vbi matrimonium est p̃ctũ auctoritate ecclesiæ, vel ex posttacto approbatum,secus vbi p̃ interdictum ecclesiæ. Ibi enim ecclesia neutrum in possessione tuetur.¶Obstat secundò,q non est facienda restitutio, ex quo opponitur notorium impedimentum.de resti.spol.c.literas. Sol. Dicit glo.si opponitur impedimentum notorium, impedit restitutionem quo ad copulam,vt ibi,sed nõ quo ad cęteras seruitutes,vt hic. Sed tũc contra,quod nec quo ad cęteras seruitutes, quia exceptio notoria defectus proprietatis obstabat agenti possessorio, vt patet de resti.spol.ad decimas,lib.6.maximè,quando excludit intentionem & defectum proprietatis ex parte agentis,& fundat intentionem opponentis. Hoc contrarium turbat totam illam materiam,aliàs soluebam. Hic enim defectus proprietatis notoria non arguebat matrimonium nullum, nisi respectu copulæ,& nõ respectu aliorum seruitiorum, ideo impedit restitutionem quo ad copulam,non quo ad alia seruitia.Sed hęc solutio non est tuta. Solue ergo,& hoc tractaui in materia notorij,in c.vestra.de coha. cle. quòd hic loquitur de notorio p̃sumptionis, quia certitudinaliter non potest constare de copula,& de parentela,sed bene de notorio p̃sumptionis:cõtrarium autem loquitur de notorio alio, quòd bene impedit, vt ibi. Vel hic in notorio proprietatis defectus, in quo expectatur necessariò ad illam concludendam: ibi in notorio, in quo non expectatur sententia,sed expectatur hic pro tanto sententia,quia matrimonium habet suam essentiam,attento naturali iure,& opinione ecclesiæ. Vel hic nõ dicit,quòd agenti possessorio non obstet exceptio notoria, sed dicit, quod non debet separare a se, etiam si esset notorium impedimentum:pre- 10 supponitur enim in casu isto,quòd nõ erat notorium. ¶† Obstat tertiò,q possit,etiam non data manifesta parẽtela episcopus inquirere,dummodo fama sit de ea.35.q.6.c.episcopus in synodo.Solutio. Glo. fatetur, q inquirere posset ad solam famam,& compellere oẽs,qui scirent veritatem, vt perhibeant testimoniũ.de testi.cogen.c.prẽterea,cum si.& de offi. or.c.j. & 2.2.q.j.c.Deus omnipotens.quilibet denunciare teneretur. de cog.spiri.c.tua ¶Sic & discordes bene cõiunctos reconciliat 11 ex offiõ,& ad cohabitãdũ cõpellit,ℨ.de spon.c.ad id,qđ. † Obstat quartò,q quis posset ꝺhere cum cognata,vt si ipsa, & vxor

Comitis defuncti fuerunt vxores duorum fratrum, nam hic non est affinitas. Solutio. Potest dici hic exponendo cognatam. id est, consanguineam, sicut appellant Legistæ, vt patet ff. vnde cognati, per totum. Vel erat cognata vxor fratris, & sic erat de primo genere affinitatis, & primo gradu, quo casu subest prohibitio. de consang. & affi. c. non debet. Vel dato quòd ipsa, & vxor Comitis defuncta, fuerunt vxores duorum fratrũ, hoc est possibile, quod non possunt contrahere, per ista iura,
12 de quibus in d.c. non debet. ¶† Obstat quintò, & videtur, quod vir non expectata sententia possit vxorem dimittere, vt in glo. 32.q.1.c. dixit dominus. Solutio. Aut vult prætendens vinculi defectum, & non potest absque iudicio ecclesiæ, vt hic. Aut vult ipsam dimittere quo ad thorum propter fornicationem, & tunc quo ad effectum mutuæ seruitutis, & non potest, nisi expectata sententia, vt hic. Aut vult ipsam dimittere ad finem lucrandæ dotis, & adhuc expectanda est sententia. de quo infra tit. 1. c. plerunque. Aut vult ipsam dimittere quo ad debitum, & tunc dicit hic Hostien. quod licet alij teneant contra, sibi videtur quod ipsam possit dimittere, non expectata sententia, quia iam sententia est lata a Deo, quia iubet ob causam fornicationis ipsam relinqui, vt in contra. Quia videtur reconciliari, & si scienter cognosceret, puniendus esset. Et hoc, vbicunque est fornicatio, vel fornicationis suspicio apparet violenta, vt no. Ioan. 32.q.1. dixit dominus. Vnde super hoc non est recurrendum ad alium iudicem, quia in hoc non iuuaret sententia contraria, vbi tunc ob causam fornicationis vxor relinquitur, semper ecclesia ipsam audiet, donec de adulterio sibi fuerit facta fides, infra c. sequen. Quia non iudicat de occultis ecclesia, infra de symo. c. tua nos. Aut eam reconciliabit, aut ex quo de fornicatione certus est, in pace sustinebit sententiam excommunicationis si contra eum feratur, infra de sen. excom. c. inquisitionis. de adulte. c. si vir de quo per Hostiē. in
13 summa, de adulte. §. sed qua pœna. ver. sed nunquid. ¶† Quæro, quare plus in secundo, & in tertio gradu parentela potest esse notoria, quàm in vlterioribus gradibus? Dicunt Docto. q fratres, & filij fratrum facilius se exhibent attinentes oculis hominum, quàm alij, vt patet de consang. & affini. c. non debet. Quando ergo est fama de aliquibus quod primo, vel secundo, vel tertio gradu se attingant, & ipsi hoc fatentur, & iurant, potest sine calumnia matrimonium dissolui, etiam si nulla alia probatio reciperetur. Sic potest intelligi 35.q.6. si duo. Et dic vt supra de spon. c. in præsentia, & de despon. impub. attestationes. & dixi in c. super eo, supra de eo qui cog. Sed si sola fama sit de vlterioribus gradibus, episcopus potest ex officio per quirere, & cogere inde testificari, qui veritatem sciunt. 35.q.6. episcopus in synodo. de testi. cogen. c. præterea.

SVMMARIVM.

1 *Propter fornicationem commissam repellitur vxor petens restitutionem mariti, vbi maritus continuit.*
2 *Incestus crimen committitur cum consanguineis.*
3 *Exceptio superueniens pendente iudicio proficit ad intentionem repellendam.*
4 *Adulterij non potest accusari vir, ex eo quòd vxorem dimisit.*
5 *Possessorio agenti recuperandæ obstat exceptio notorij adulterij, & non occulti.*
6 *Adulterij exceptio opposita etiam agenti possessorio, repellitur replicatione adulterij.*
7 *Adulterij exceptio non obstat adulteranti, vbi excipiens dedit causam adulterandi.*
8 *Exceptio occulti defectus iuris proprietatis, vel adulterij, obstat agenti petitorio.*
9 *Vxor discedens a viro propria auctoritate, quæ postea petit restitui, an audiatur?*
10 *Expensas quas fecit mulier, postquàm a viro discessit, an repetat a viro?*

CAP. IIII.

1 SIgnificasti. † Repellitur vxor petens restitu-
2 tionem mariti, si notoriè sit fornicata, & maritus continuit. hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, consultationi. ¶† Nota primo, quod incestus crimen committitur cum consanguineis.
3 ¶† Nota secundo, quod exceptio superueniens pendente iu-
4 dicio proficit ad intentionem repellendam. ¶† Nota tertio, quod licet vir dimittat vxorem, ex hoc solo non potest accusari de adulterio, quamuis causam dederit, quia propter hoc
5 quod eam dimisit, non debet adulterium committere. ¶† Nota quarto, quod agenti possessorio recuperandæ obstat exceptio notorij adulterij, & sic exceptio notoria defectus excusationis iuris proprietatis obuiat agenti possessorio recuperan-
6 dæ. ¶† Nota quinto, quod exceptio adulterij, etiam oppositа
7 agenti possessorio, repellitur replicatione adulterij. ¶† Obstat primo, quod ex quo vir hic dedit viam adulterandi ipsam dimittendo, non possit sibi obijcere adulterium. 27.q.2. si tu abstines. Solutio. Ioan. Fa. concedebat contrarium de fur. c. 2. & est verum, quia hæc causa ipsam non excusat, nec etiam ipsam excusaret paupertas. l. palam, §. non est, ff. de ritu nup. Et hoc verum, nisi ipsam tradidisset adulterandam, quia tunc vir non posset sibi obijcere adulterium. Et hoc verum, siue volentem, siue inuitam tradidisset, quicquid senrit glo. secundum Doct.
8 ¶† Obstat secundo, quia dato quod adulterium opponat occultum, nihilominus obstat exceptio petenti restitui. 27.q.1. Agathosa. Solutio. Si agitur peritorio, obstat, vt ibi sit exceptio occulta, vel notoria. Si agitur possessorio, non obstat nisi notoria. Sic etiam concludit hic Innocen. quod in matrimonio, & in quacunque alia materia contra agentem possessorio obstat exceptio notoria defectus proprietatis, siue sit notorium facti manentis, ita quod inficiari non possit. Idem si notorium iuris. Et hoc est verum, quando est notorium iudici, vel alijs, sed non iudici, & probationes sunt in promptu: secus si terminus diffusus, & prolixus petatur, secundum Innocen. supra de restitu. spolia. c. literas. Et si hoc casu opponatur per virum contra mulierem, exceptio notorij adulterij, vt exceptio repellatur replicatione adulterij viri, exigitur necessario quod illa fornicatio viri sit notoria, secundum Hostien. Et dicit quod sufficiet si adulterium viri probatum sit, quasi tunc etiam sit notorium, ex quo in iudicio est probatum. Et sic forte eundem intellectum habuit Innocen. cum ex probatione efficiatur notorium. de verbo. signifi. c. olim. Vnde postea submittit quod audientur probationes mulieris, & postea fiet restitutio, si probetur adulterium viri. Dicunt autem Doct. quod cum propter adulterium mulieris vir petit diuortium, & mulier excipit de adulterio viri etiam non notorio, audientur vtriusque probationes. de adult. c. penult. in fi. Notorie autem constat de adulterio, eo quod constat de sobole si in 11. mensibus a tempore, quo vir eam dimisit, peperit. in Authen. de in integrum restitu. & ea, quæ parit. §. vnum si quidem. colla 4.
9 ¶† Quæro, mulier propria auctoritate recessit a viro, postea petit restitui, an audiatur? Videtur quod non, quia ipsam de spoliauit. ¶ Glo. determinat contrarium, quia eo, quod reuertitur, & non admittitur, spoliari censetur, vt patet in l. clam, §. fi. & l. si id, quod. ff. de acquiren. possessio. Ad hoc quod no. de insan. & lang. expo. c. vno. Idem no. de restitu. spolia. c. literas, de adulte. c. intelleximus. in Specu. de sponsa. c. si. versicu. & versicu. sequen. ¶† Quæro, an possit mulier repetere expensas, quas fecit postquàm a viro discessit? Dic quod non, nisi tempore, quo voluit reuerti, & admissa non est. Et hoc ideo, quia vltima mora nocet. ff. de peri. & commo. rei vend. l. iudicium. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatum propter adulterium mulieris, reintegratur, si vir postea fornicetur, nu. 13.*
2 *Turpitudinem suam alleganti creditur contra se, vbi agitur de adulterio commisso, quod confitetur.*
3 *Paupertas non excusat adulterium propter pœnam ciuilem infligendam, secus si propter necessitatem sit factum furtum, nu. 10.*
4 *Confessionem factam ad alterius suggestionem, potest quis reuocare, nume. 11.*
5 *Confessioni de crimine, in qua quis perseuerat, maximè vbi ciuiliter agitur, standum est, nu. 12.*
6 *De causa matrimoniali, in qua agitur ad thori separationem, episcopus non potest cognoscere absque capituli consilio.*
7 *De matrimoniali causa cognoscere potest episcopus.*
8 *Matrimonium non videtur separatum facta separatione quo ad thorum, vbi licet cum altero, vel altera secundò contrahere.*
9 *Iudex ex officio inquirere potest, vbi agitur de matrimonio separando, & supplere potest de facto, vbi vertitur animæ periculum, nu. 11.*
10 *Necessitas excusat quandoque delinquentem a pœna furti.*
13 *Sententia prætextu nouiter reperti, an possit retractari.*
14 *Matrimonium violenter contractum, si postea mulier steterit paucis bus cum viro, an dicatur validum?*
15 *Confessioni viri, aut mulieris, quando stetur.*
16 *Diuortio facto, vel sententia lata super illo, an possit alter coniugum reconciliare condemnatum causa adulterij.*
17 *Factum quantuncunque legitimè, videtur posse retractari.*
18 *A quo ad alimenta videatur dos vxoris obligata.*
19 *Continentiam si coniuges simul promiserint, quorum alter fornicatur, possit Episcopus alterum non fornicantem cogere ad debitum reddendum.*

CAP. V.

1 EX literis. † Matrimonium separatum propter
2 adulterium mulieris, reintegratur, si vir postea fornicetur. hoc dicit. Communis diuisio. Secda ibi, vnde fraternitati tuę. ¶† Nota primo, quod

quòd in eodem libello & instantia, videtur posse quis accumulare ius agendi ad separationem matrimonij quo ad thorum, & statur confessioni coniugum, & alleganti turpitudinem propriam, & confitenti creditur contra se. ¶ † Nota secundo, quòd paupertas non excusat adulterium, etiam quo ad pœnam ciuiliter inferendam. ¶ † Nota tertio argu. quòd potest quis confessionem factam ad suggestionem alterius procedens, & indeliberatè, reuocare, etiam alio non probato errore, & in facto proprio. † Et nota, quòd in confessione de crimine, in qua quis perseuerat, maximè vbi ciuiliter agitur, standum est. ¶ † Nota quarto, quod in causa matrimoniali, etiã vbi agitur ad separationem thori, Episcopus non videtur cognoscere posse absque consilio capituli. † Et nota quod cognoscere de causa matrimoniali, est episcopalis cognitionis. Ad hoc, de excess. præla. c. accedentibus. ¶ † Nota quinto, quod separatione facta quo ad thorum, non esset propterea separatum matrimonium quo ad vinculum, ita quod cuilibet sit cõcessa licentia contrahendi, si quilibet ipsorum continere debet. Et nota, quod hæc separatio matrimonij quo ad thorum, si alter contrahentium contrahat cum alia, incontinenti soluitur sententia. ¶ † Nota sexto, quod in causa matrimoniali, etiam vbi agitur ad separationem thori, videtur quod iudex possit ex officio inquirere. ¶ † Obstat primo, quod necessitas excusat a delicto. C. de pac. l. qui filios. & de distra. pign. l. fi. 27. q. 2. c. si tu abstines. Solutio. Glo. non soluit. Dic, quod ibi loquitur de alio delicto. Vnde necessitas bene excusat a delicto furti, & alienationis filij, sed non excusat ab adulterio, vt hic. de quo dic vt infra de fur. c. 3. & per Hostien. in summa, de fur. §. iuer. sed quærit. & vide 37. q. 2. c. si tu abstines. ¶ † Obstat secundo, quia videtur, quod iudex non debeat hic supplere de facto. C. vt quæ desunt aduo. l. j. supra de postul. præla. c. bonæ. cij. & quod ibi nota. Solutio. Dic quod in his, in quibus vertitur periculum animæ vtriusque, potest supplere de facto propter fauorem matrimonij, vt supra c. prox. in fi. & propter timorem collusionis. de collu. c. audiuimus. ¶ † Obstat tertio, q talis confessio non poterit reuocari, si ex certa scientia facta est, quia non reuocatur confessio, nisi probato errore. de confess. c. fi. & quod ibi no. Solutio. Dicit glo. quod in causa matrimoniali, in qua non nocet confessio, nisi perseueretur, sicut & in quasi criminali, ita etiam in mista. de procurat. c. tuę. & alleg. ff. de quæst. l. j. §. diuus. Hæc solutio non placet gl. quia licèt confessio in tormentis non præiudicet, nisi detur perseuerantia vt ibi, præiudicat tamen confessio in iudicio, vt hic. Tu dic, quod confessio, quæ fit ex deliberatione non reuocatur, vt ibi. Si autem fiat indeliberatè, & ex calore iracundiæ, bene reuocatur, vt hic. Sed dicit gl. quod fortè non poterit reuocare, quia non poterit probare errorem. Credo primum. Alij dicunt, speciale esse in causa matrimoniali, quod confessio posset reuocari, sicut reuocatur in causa liberali. Vel dic etiam, quod hic mulier ista fuit confessa clam coram episcopo, & ab hac confessione intendebat reuocare. Sed huic obuiat litera, quæ dicit publicè, nisi dicas publicè coram episcopo, & aliquibus alijs, sed non in iudicio. vel fortè non erat scripta confessio, ideo potest reuocare, secundum ea, quæ no. de elect. c. quia propter. & facit ad no. de iurciuran. c. in positionibus. in glo. vt vnum, lib. 6. Dico sic concludendo, Aut loquimur in causa criminali, & si confessio est facta in tormentis, & potest reuocari. Si in iudicio, dic idem quod statim in ciuili. Aut est facta errore, & constat de errore, & est planum. Aut est facta indeliberatè, non ex calore iracundiæ, & tunc aut scit ipsam inseparatè extra iudicium, & post ipsam postea inde liberate in iudicio, & tunc aut nondum erat scripta, & potest ipsam reuocare. Aut est deliberate facta, & scripta, & non põt reuocare. ¶ † Obstat quarto, quod non potest mulier post sententiam diuortij opponere contra exceptionem de adulterio, quia prætextu nouiter reperti non retractatur sententia, supra de sen. & re iud. c. cum inter. Solutio. Glo. dupliciter legit tex. Vno modo, quod prolata fuit sententia separationis, & secũdum hunc intellectum dicit glo. quod prætextu antiquæ cauę inquiter repertæ non potest sententia commutari, vt hic. Sed prætextu delicti nouiter post sententiam commissi sic, vt dicit, qua causa sententiæ propter delictum reducta est ad nõ crimen. Ad hoc, ff. de cond. sine causa. l. pen. Et hoc etiam vult ter. ibi, quod episcopus conuenire debet cum capitulo ibi, & continentiam indixit, &c. Alij dicunt contra, quod sententia hæc lata non fuit, & hoc arguitur ex verbo, priuatim. Nam si fuisset sententia, non fuisset priuatim, sed publice lata: sed fuit quædam industrialis prouisio, vt verum probaret, an ex collusione hoc factum esset. Primam solu. tenet Hostien. & vltra illam asignat multas causas generales, quia non obstat q ista sententia est lata, quia in causa diuortij propter adulteriũ non transit in rem iudicatam donec separata sit mulier, & monasterium ingressa, & professa, cum prius eam maritus reconciliare possit inuitam, quod nõ possit, si in rem iudicatam transiret. igitur &c. Tenendum est ergo, quod dato quod lata sit sententia, nihilominus si maritus committit adulterium, reconcilianda est, de quo de adulter. c. 2. & in summa, eod. tit. §. quot modis, sub §. generaliter. Nota bene istud dictum, quod extendit c. lator, & c. consanguinei, supra de senten. & re iud. quando scilicet sententia fertur in matrimonio propter thorum. & hic habes quando transit in rem iudicatam, & quando non, quia non transit, nisi per modum, quo etiam dissolui potest, vt per religionis ingressum, quod bene nota. ¶ † Obstat quinto, quod si illud matrimonium fuit violentum, frustra disputetur de thoro, nec mulier sit restituenda. de spon. c. cum locum. Solutio. Hic purgatum fuit vitium, quia stetit secum voluntarie paucis diebus, vt dicit litera supra, qui matri. accusa. possunt. c. in super. ¶ † Obstat sextò, quòd non credatur mulieri confitenti in causa matrimoniali, supra de eo, qui cog. consang. vxo. suæ. c. super eo. Solutio. Ibi quando agitur de vinculo, hic quando agitur de thoro. ¶ † Quæro, an lata sententia diuortij propter adulterium possit sibi vir vxorem reconciliare? Videtur quod sic. C. de leg. l. quod fauore. quia innocens non priuatur seruitute in eo, qui peccauit. C. de adulte. auth. sed hodie. Item secundò, quia sententia lata pro aliquo, non debet sibi nocere. ff. de excep. rei iud. l. euidenter, vt etiam hic. Item tertiò, quia pœna non præstat immunitatem, & sic hæc sententia non debet prodesse vxori adulteranti, vt necessitetur reddere debitum. Quartò, quia vir fuit tantum absolutus a seruitute, quam mulier habebat in eum, & non econuerso. Ideo remansit salua seruitus viri, quam habebat in muliere, cum tamen ipsa fuerat condemnata, hic etiam, quia si non posset sibi reconciliari, daretur materia delinquendi, vt possent mulieres sic a viris separari. In contrarium, quia sententia est etiam lata pro muliere, 6. q. 3. c. semel. Item quandoque ex sententia condemnatus consequitur commodum in duobus reis. ff. de re iud. l. Paulus. Lau. dixit, quod potest ipsam inuitam sibi reconciliare. Hug. dicit, quod aut mulier fuit publice fornicata, & ante sententiam potest ipsam reconciliare etiã inuitam, nec posset intrare religionem eo inuito, sed postquã sententia diuortij lata est auctoritate ecclesiæ separata, neuter tenetur alteri. Et vterque altero etiam inuito potest religionem intrare, quia cedit vterque iuri suo. 7. q. j. quàm periculosum. Glo. stat cum Lau. per hanc decre. Et hanc opin. tenet Hostien. donec ipsa religionem ingrediatur, & professa sit. Et placuit etiam Bar. Brix. Et hoc etiam demum sensit Innocen. Goffre. dicit quod ante sententiam non potest ingredi. Et intelligit c. Agathosa. 27. q. 2. quando super crimine est lata sententia, aut quando is, qui reuocat, agit petitorio, quo casu obst. sibi exceptio adulterij. Secus si agat possessorio, quia non repelleretur prætextu criminis. de restitu. spolia. c. literas. & c. item cum quis. C. de dona. inter virum & vxo. l. si maritus. Vide 32. q. 7. c. Apostolus. 27. q. 2. c. Agathosa. Et hoc tenet, licet in c. sequenti aliqui distinguunt. Aut feratur sententia absolutoria contra mulierem virum repetentem, ea repulsa propter exceptionem adulterij, & vir possit eam repetere. At feratur sententia diuortij viro accusante, quo casu lata sententia eam non possit repetere, per l. euidenter, ff. de excep. rei iud. quia primo casu sententia sit lata contra mulierem, secundo contra vtrunque. Dicunt tamen Docto. quòd caute ageret iudex, si tunc sic pronunciaret, Sententiam diuortij inter vos ferimus propter adulterium mulieris, quandiu viro accusatori placuerit, secundum Innocen. Cætera sunt clara. ¶ † Ad vltimum contra glo. in reg. factum legitime, de reg. iur. lib. 6. quòd non retractatur, nisi causa sit potens ad retractandum, vt hic, vel nisi casus superueniens tollat causam subsistendi. ¶ † Quæro, an per alimenta vxoris dos sit obligata? Vide Specu. de donat. inter virum & vxo. §. 2. versic. sed nunquid bona vltimo. Ioan. 30. quæstio. j. c. nosce. in fi. vlti. glo. & 33. quæstio. 5. quod Deo. † In glo. secunda allegat hanc decre. ad probandum, quòd si vir, & vxor promiserunt perpetuam continentiam, & alter fornicetur, licet reliquus etiam debitum reddere non vellet, posset tamen Episcopus illum ad id cogere. Sed hæc decre. hoc non probat, secundum Ioan. Andr. qui se remittit ad scripta per ipsum, de conuersio. coniug. c. dudum. & dic vt ibi.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

SVMMARIVM.

1 *Si vxor diuerterit propria auctoritate a viro lapso in hæresim, ad eum reuersum redire compellitur.*

2 *Diuertere potest mulier propria auctoritate a viro propter fornicationem spiritualem.*

3 *Exceptio orta ex aliqua causa cessat, causa cessante.*

4 *Diuortio facto propter fornicationem per sententiam, an compellatur mulier redire ad virum, ad fidem reuersum, vbi etiam agitur de fornicatione spirituali.*

CAP. VI.

1 DE illa, quæ † Si vxor a viro lapso in hæresim propria auctoritate diuertit, ad eũ reuersum redire compellitur, secus si per iudicium 2 ecclesiæ fuerit separata. hoc dicit. ¶ †† Nota primò causam, in qua potest mulier propria auctoritate a viro separari, propter fornicationem, scilicet spiritualem viri. Et etiam habes vnum casum, in quo agenti possessorio recuperandæ p coniuge non datur restitutio, quando scilicet sibi obstat exceptio fornicationis spiritualis, & hoc, quia non potest fide salua 3 secum tutò esse. ¶ †† Nota secundò, quòd cessante causa, ex qua aliqua exoritur exceptio, ea finita cessat exceptio, & virtus exceptionis. Ideo reuerso ad fidem coniuge, exceptio spiritualis fornicationis ad repellendum eum a repetitione vxoris, cessa- 4 bit effectus. ¶ †† Nota tertiò, quòd separata coniuge propter fornicationem spiritualem, non compellitur coniunx separata ad maritum reuerti, quia fornicatus est, licèt cessèt fornicatio. Et sic licèt causa sententię cesset, non tamen sententia cessat. Et nota, quòd cessante causa sententiæ, non cessat sententia, quando causa non cessat pro toto tempore præterito, licèt cessèt pro tempore futuro, etiam quando causa sententiæ originaliter a delicto momentaneè commisso non potest deleri, sed datur successus a continuatione. Obstat, quod compellatur mulier separata reuerti ad virum, infra c. prox. Solutio. Hugo dicit, secundum glo. quòd in fornicatione carnali, & spirituali distinguendum est, vt dicitur hic, vt scilicet, an prima sententia sit lata, & non sit reconciliatio altero coniugum inuito. Glo. tenet tam in carnali, quam in spirituali, quòd vt vxor possit repetere virum, vel coniunx coniugem, duo requiruntur, scilicet, quòd separatum sit matrimonium, & quòd separatus velit monasterium ingredi, supra de conuer. coniug. c. fi. Ioan. And. remittit ad ibi no. Communiter Doct. & gl. tenent, quòd separato matrimonio ex sententia propter infidelitatis errorem, alter reuerti non compellatur, si est paratus religionem ingredi. Conclude ergo, quòd si matrimonium est separatum propter spiritualem fornicationem auctoritate propria, infideli non reuerso ad fidem, eum recipere non compelletur. Si autem est reuersus, compellitur, vt hic. Si autem est separatus per sententiam, & fidelis est religionem ingressus, non compellitur recipere, etiam si est paratus religionem ingredi. Ideo si non est religionem ingressus, nec paratus ingredi, compellitur coniugem recipere, secundum glo. ¶ Obstat secundò, quòd compellitur coniugem recipere emendato crimine, vel eo purgato indistinctè, vt supra c. prox. Solutio. Ibi purgatio criminis mulieris surgit ex delicto viri contra sententiam. Ideo sententia ei, nõ viro, debet prodesse, cum fecerit contra sententiam: hic autem purgatio delicti, propter quod separatum est matrimonium, surgit ex sola pœnitentia delinquentis. Igitur non tollitur sententia iam lata, vbi pars separata est parata religionem ingredi. Ex his infert Hostien. vnam differentiam inter separationem matrimonij propter adulterium spirituale ex vna parte, & separationem matrimonij propter adulterium carnale ex altera: quia si propter spiritualem fornicationem coniunx dimittat coniugem propria auctoritate, licèt non sit lata sententia, non cogit ecclesia fidelem adhærere infideli. 38. q. 2. si infidelis, & hic. Sed in carnali indistinctè cogit, infra eo. porrò. Quod non est verum quo ad redditionem debiti. Solutio. Quia si lata est sententia diuortij propter adulterium spirituale, non cogitur fidelis recipere infidelem, si fidelis est paratus religionem ingredi, aliàs cogitur, vt d. c. fi. de conuer. cõiug. In carnali autem adulterio semper cogitur redire, nisi sit professus separatus propter suum adulterium. Vnde si mulier commiserit adulterium, maritus moneri debet per Episcopum, vt reconciliet vxorem pœnitentem, & si non vult, non compellitur, sed ipsa debet tradi monasterio ad pœnitentiam peragendam, re integra potest maritus eam deducere de monasterio, ea autem professa, non. de conuer. coniug. c. gaudemus. & ibi de hoc verbo, Collocare. Ad hoc, infra eo. tit. c. ex literis. ff. de verb. obl. l. mancipiorum. Ex quibus patet duo requiri, vt sententia diuortij transeat in rem iudicatam propter adulterium mulieris, scilicet, quòd sit lata, & quòd mulier sit professa. Et primum solum nõ sufficit, nec secundum solum, in seculo remanente, & hæc vera sunt quo ad mulierem, contra quam lata est. Quo ad virum autem, pro quo lata est, vt non cogatur recipere, statim transit in rem iudicatam post lapsum decem dierum, nisi fuerit appellatum. Et est causa, quia sententia non debet prodesse ei, contra quem lata est. ff. de excep. rei iud. l. euidenter. ¶ Quæro, quid si sententia diuortij est lata non ppter spirituale adulterium, sed quia vir trahebat vxorem ad peccatum? Quidam dicunt, quòd ibi in hæresi, quia non est dare rationem diuersitatis, est verum. Alij contra, quia in alijs criminibus non est ferenda sententia perpetua, sed donec pœnituerit. In hæresi autem est perpetua propter periculum, infra e. c. fi. 28. q. 1. idololatria. Dictum prius placet Innoc. Ioan. And. remittit, supra de conuer. coniug. ca. ad Apostolicam. super 1. glo. vbi datur differentia inter adulterium, vel suspicionem adulterij, & alia delicta. Et hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij vinculum non dissoluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso, nu. 9. & 11.*
2 *Successor non semper sequitur exempla prædecessoris sententiando.*
3 *Matrimonium fidelium, & infidelium, in quo differant.*
4 *Iniuria maior infertur Deo, si fidelis trahatur ad infidelitatem, quàm si fidelis perseueret in sua infidelitate.*
5 *Matrimonium an imprimat characterem.*
6 *Iure suo quandoque priuatur quis sine culpa, licèt non sine causa.*
7 *Malitijs hominum est obuiandum.*
8 *Vxorem potest repetere fidelis in hæresim lapsus, si ipse ad fidem reuertatur.*
10 *Sine culpa, tamen cum causa, potest quis iure suo priuari.*
11 *Diuortio facto ratione hæresis alterius coniugum, si fidelis coniunx religionem ingredi paratus sit, non compellitur redire ad infidelem conuersum ad fidem.*
12 *Matrimonium infidelium contractum tempore infidelitatis, an videatur ratum, si ad fidem conuertantur.*

CAP. VII.

1 QVanto. † Vinculum coniugale non dissoluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso, sed si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter velit sibi cohabitare, alter non sine Dei blasphemia, vel peccato mortali, soluitur cõiugium, & conuersus contrahere poterit. hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, nos igitur. Secundum membrum subdiuiditur. Tertia ibi, si verò. rationem diuersitatis ponens ibi, nam & si obstaculum. soluens ibi, nec obstat, submittens duplicem 2 decisionis effectum ibi, per hanc. ¶ †† Nota primò, quod non semper successor sequitur exempla prædecessoris sententiando, & quia sententia erronea Papæ non seruatur pro iure. de quo supra de re iud. in causis. de spon. duorum. c. j. & fi. de eo, 3 qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretioni. ¶ †† Nota secundò differẽtiam inter matrimonium fidelium, & infidelium, quia vnũ habens ianuam sacramentorum, scilicet baptismum, est ratum, firmum, & inseparabile. Infidelium autem non, etiam licuta copula, ideo potest separari, & separatur etiam copula subsecuta in tribus casibus, scilicet altero ad fidelitatem redeunte, quando fidelis non potest cohabitare cum infideli. Item, quia ipse cohabitare non vult, quia non potest cohabitare sine contumelia creatoris, vel nisi eam pertrahat ad peccatum, his casibus separatur matrimonium inter fidelem factum & infidelem, etiam quo ad vinculum: propter lapsum autem in hæresim, vel gentilitatis errorem, nunquam separatur 4 matrimonium inter eos. ¶ †† Nota tertiò, quòd maior infertur contumelia creatori, si fidelis trahatur ad infidelitatem, quàm 5 si infidelis trahatur, & perseueret in infidelitate. ¶ †† Nota quarto, quòd sacramentum quo ad characterem est indelebile. & sic videtur quod matrimonium etiam imprimat characterẽ. 6 ¶ †† Nota quinto, quod quandoque quis priuatur iure proprio sine culpa, non tamen sine causa. Ad hoc, supra vt lite non cõ- 7 test. c. quoniam, §. finautem. ¶ †† Nota sexto, malitijs & fictionibus obuiãdum. ¶ †† Nota septimo, quod fidelis in hæresim lap- 8 sus, si ipse reuertatur, potest vxorem suam repetere. ¶ † Obstat 9 primo, quod non solum seruatur matrimonium quo ad illum, qui venit ad fidelitatem, sed quo ad illum etiam, qui relinquitur, quia non potest matrimonium pro parte dissolui, & pro parte non, cum sit indiuiduum, etiam quia non debet claudicare. Dic, quod vterque potest contrahere, alter remanens in infidelitate non potest contrahere sine peccato, quia sola contumelia creatoris, & propter eius peccatum dissoluitur. Et dicit glo. quod istis casibus soluitur matrimonium, etiam nulla alia expectata sententia, quàm cito non vult cohabitare, tamen debet adhibere testes qualiter illa non vult cohabitare absque contumelia, ne postea impediatur contrahens. si autem antequam contrahat, reuertatur, compellit repetere, vt supra c. prox. & videtur nouum matrimonium, vt ibi dicetur, tamen vir non erit bigamus, quia non diuisit carnem in plures, secundum Docto. Hostien. dicit, quod tutum esset quod peteretur a iudice, vt infideli assignaretur terminus ad cohabitandum, supra qui filij sint legi. lator. de conuer. coniug. c. ex publico. Aduerte tamen ad illud, quod dicit glo. quod matrimonium non claudicat, est verum quo ad vin-

culi

culi substantiam, claudicat tamen quandoq; quo ad officium reddendi debitum ab illo, scilicet, qui exigere non potest. de conuer. coniug. c. quidam. de eo, qui cog. consang. vxo. suæ. c. transmissæ. Et quia quandoq; vnus tenetur ad matrimonium, & alter non. de eo, qui duxit in matrimo. c. j. de desponsa. impub. c. continebatur, & c. de illis. ¶ † Obstat secundò, quòd quis iure suo sine culpa non priuetur. 13. q. vlti. in veritate. Solutio. Sine culpa enim, & sine causa non priuatur. Sed sine culpa & cum causa bene priuatur, vt hic. Vide reg. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. ¶¶† Obstat tertio, quia non compellitur coniunx conuersam recipere, qui stetit in infidelitate, supra eo. de illa. & de conuer. infide. c. fi. Solutio. Dic, aut non est lata sententia, & compellitur indistinctè illam recipere. Aut est lata sententia, & tunc aut alter est ingressus monasterium, & non cōpellitur. Aut non est ingressus, sed paratus ingredi, & idem. Aut non est ingressus, nec vult ingredi, & compellitur. † Quero, quid de his, qui fiunt Christiani hæretici, & sunt baptizati inter hæreticos, an inter eos est ratum matrimonium? Dic, ꝙ si fuerint baptizati in forma ecclesiæ, inter eos est ratum matrimonium. Ad hoc de hæret. decernimus, lib. 6. Si autem non fuit seruata forma, tale matrimonium iure infidelium censetur, & sic non potest esse ratum matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter Paganos contractum in gradu prohibito iure canonico, non separatur ipsis ad fidem conuersis, nu. 13. & 20.*
2 *Pagani, si ad fidem conuertantur, adhærebunt primæ vxori, alijs repudiatis, nu. 21.*
3 *Matrimonium iure diuino non est prohibitum in secundo & tertio gradu, nume. 15.*
4 *Matrimonium inter infideles contra canonicas constitutiones valet.*
5 *Baptismi effectus quis, & qualis sit, nu. 21.*
6 *Matrimonium est multiplicabile in plures iure Paganorum.*
7 *Matrimonium contra legem diuinam etiam inter Paganos non valet.*
8 *Peccatum non est in veritate, factum diuina reuelatione, etiam si quo ad nos videatur peccatum.*
9 *Vxorem alteram ducere non licet de iure canonico, prima dimissa.*
10 *Vir & vxor in quo non debent ad imparia iudicari, nu. 19.*
11 *In fidem conuersus, & iure Paganorum maritatus, non potest cum alia contrahere matrimonium, nisi in tribus casibus, nu. 13.*
12 *Possessorio agenti obstat exceptio, quòd ei cohabitare non potest absque contumelia creatoris, vel sine peccato, nu. 19.*
13 *Ab adulterio excusat diuortium.*
14 *Ius canonicum an arctet infideles?*
15 *Vxores plures habere non videtur Christiano prohibitum.*
16 *Vir, & vxor, in quo iudicentur ad imparia.*
17 *Paganus ad fidem conuersus, an vxore remanente in infidelitate possit cum alia contrahere?*
18 *Adulterium commissum in infidelitate, an possit vir conuersus imperare vxori ad fidem conuersæ?*
19 *Datis priuilegia an habeat mulier, si cum viro conuertatur ad fidem?*
20 *Paganus, qui tempore conuersionis habet plures vxores, vbi ipse tenetur adhærere primæ, cui, prima mortua, debeat adhærere?*
21 *Matrimonium eodem momento cum pluribus mulieribus, cum qua videatur contractum?*

CAP. VIII.

1 Gaudemus. † Pagani coniuncti in gradu
2 prohibito lege canonica tantum, conuersi ad fidem non separantur. † Et si paganus prius plures vxores habebat, post fidem susceptam adhærebit priori, & si ea repudiata cum secunda conuenit, etiam post baptismum, dimittat secundam, & adhæreat repudiatæ, etiam si repudiata cū alio contraxisset. secus si secunda fuisset. hoc dicit. Et sunt quatuor quæstiones. Prima quo tex. est, an contracto matrimonio in gradu prohibito per canonica tantum inter infideles eis ad fidem cōuersis valeat? Secunda quæstio, an contracto matrimonio cum pluribus, & ad fidem conuersis, quę sit eius vxor? Tertia quæstio, an ad fidem conuersus, repudiata vxore, aliam ducere possit? Quarta quæstio, si ad fidem conuersus sit, & vxor reuertatur an illam recipere compellatur, & an possit ei obijcere fornicationem in infidelitate commissam sub colore matrimonij, vel non. ibi, quia vero. Tertia ibi, qui autem. ¶ †No. 1. quod per legem diuinam possunt contrahere duo in secundo, vel tertio gradu. ¶No. 2. ꝙ secundum sacramentum coniugij est apud fideles & infideles. ¶ †No. 3. ꝙ matrimonium contractum inter infideles contra institutiones canonicas valet. Et no. ꝙ non distringit infideles lex canonica: quia nihil ad eam de his, qui foris sunt. ¶No. 4. quod matrimonium in gradu lege canonica prohibito inter infideles, non dissoluitur eis ad fidelitatem conuersis, & sic per submissionem nouę legis actus ante submissionem essentiatus non infringitur. ¶ †No. quinto effectū, & finem baptismi: quia non est baptismus ordinatus ad soluendum matrimonium, sed ad dimissionem peccatorum. Venio
6 ad secundam partem. ¶ †No. j. quod secundum paganos potest matrimonium contrahi cum pluribus, & sic matrimoniū est multiplicabile in plures. ¶No. 2. quod pluralis locutio nō est vno contenta, & quod singulare non est in pluribus verifi-
7 cabile. ¶ †No. 3. ꝙ inter paganos non valet matrimonium contra legem diuinam contractum, & sic Pagani subijciuntur legi diuinæ, & quod non est licitum secundum legem diuinam plures habere vxores, nisi quando hoc est Dei reuelatione
8 concessum. ¶ †Nota quarto, factum diuina reuelatione, etiam si quo ad nos videatur peccatum, non tamen est in veritate
9 peccatum. 32. quæstio. 4. c. dixit Sara, & c. obijciuntur. ¶ † Nota quinto, quod de iure diuino non est licitum prima vxore
10 dimissa, alteram assumere. ¶ † Nota vltimo, quod vir & vxor non debent ad imparia iudicari. Venio ad tertiam partem.
11 ¶ †Nota primo, quod conuersus ad fidem non potest, viuente repudiata, cum alia contrahere, nisi in tribus casibus hic ex-
12 pressis, vt supra c. prox. ¶ †Nota secundo casum, in quo agenti possessorio obstat exceptio, quod ei non potest cohabitare
13 absque contumelia creatoris, vel sine peccato. ¶ †Nota tertio, quod altero ex infidelibus ad fidem conuerso, si alter re integra ad fidem reuertatur, compelluntur se inuicem recipere.
14 ¶ † Nota quarto, quod si repudiata infidelis contrahat cum alio, & ad fidem conuertatur, ea reuersa non potest illam repellere exceptione fornicationis. Et sic patet, quod diuortium secundum legem eorum excusat ab adulterio, etiam contra legem diuinam, quo ad illa, quæ sunt pœnæ temporalis, & sic factum vi legis iniustæ excusat a delicto, etiam a pœna fori
15 temporalis. ¶ † Obstat primo, quod si contrahant in secundo gradu in infidelitate non sit matrimonium ratum, eis factis fidelibus, quia etiam in isto gradu est aliqua prohibitio secundum ius diuinum, vt no. de restitu. spoliat. c. literas. Solutio. Glo. dicit, quod fatendum est quod etiam in secundo erat prohibitum matrimoniu n, sed quatenus non erat prohibitum, procedit illud, quod hic dicitur. Glo. aliquos casus ostendit, in quibus matrimonium erat prohibitum secundum ius diuinum, & vltra hoc declarant Docto. Nam secundus gradus in linea inæquali erat prohibitus, non in linea æquali, & sic debet intelligi 30. quæst. tertia. ca. pictatium. & quod ibi no. & supra de restit. spoliat. literas. in glo. Hostien. ponit versus, in quibus comprehendit decem personas prohibitas lege diuina, scilicet,

Soror, neptis, matertera, fratris & vxor,
Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca,
Vxoris & soror, priuigni nata ex vtrisque,
Atque soror patris coniungi lege petantur.

Determinatur illud, quod dicitur de vxore fratris, per id, quod
16 notatur infra ca. proxi. ¶ † Obstat secundo, quod constitutio ecclesiæ arctat infideles. de vsur. c. post miserabilem. Solutio. Directè non arctat, vt hic, sed indirectè, vt in contrario. Dicit hic Hostien. quod nec directè, nec indirectè constringuntur, nisi quando inferunt iniuriam Christianis, vel sunt contumelioſi fidei Christianæ, vel cultui diuino, quia tunc infideles subiacent legibus Romanorum. C. de Iudæ. l. 2. & l. ne quis, & C. de paga. l. fi. Et propter hoc dicit, quod possunt puniri tunc per leges humanas, quatenus scilicet contrahant contra legem diuinam, accipiendo plures vxores. Allegat C. de incest.
17 nupt. l. 3. ¶ † Obstat tertio, quod possit quis plures vxores habere. 31. quæstione prima. c. quod si dormierit. Glo. non respondit ad istam quæstionem directè, sed indirectè satis respondetur, quod prima sit vxor, ex eo quod dicit pluralitatem in vtroque sexu reprobandam. Absonum hic ostendit quod vnam tantum debeat habere, vt supra de biga. c. debitum. Solus plures quis potest habere successiue, vt hic, sed non eodem tempore, vt ibi. Vel quod hic dicit, quandoque, ponitur ad exclusionem pluralis, quia etiam aliquando ponitur ad exclusionem singularis. Vnde hic erant duo, & non plures, & in ore duorum, vel trium, stat omne testimonium. subaudi
18 non pauciorum, supra eod. de testi. c. licet, el 2. ¶ † Obstat quarto, quod ad imparia non iudicentur, quia vxor penè est famula viri. 33. quæstione quinta. c. hæc imago, §. item. Solutio. Quo ad mutuam seruitutem, & debitum carnis, & fidem seruandam, & sic ad substantialia matrimonij, non iudicantur ad imparia, sed sic quo ad præeminentiam quandam. Per hoc arguit Io. And. per Bar. Brix. contra Io. 12. q. 2. c. episcopus, in §. si qua cum seruo. vbi dicit, quod non potest mulier

accusare virum adulterantem, licèt sic econuerso, quia in fide non debet ad imparia iudicari. Et facit, quod no. in Specu. de adulte. §. j. versi. sed nunquid. Item, quod vir habet præeminentiam, patet, quia reuocat votum vxoris, & econuerso. 27. q. 2. c. si vir, & vxor. ¶ Obstat quintò, quòd malè dicit tex. cum dicat, quo casu, cum plures casus præcedant. Solutio. Dic quo casu, id est, quolibet casu prædictorum. Vel secundum Ioan. Andr. melius diceret, quolibet casu, scilicet duorum vltimorum, qa primo non potest congruere, quod vellet cohabitare, si restitutionem petebat, secundum Hostien. & Abb. ¶ † Obstat sextò, quòd agenti possessorio pro vxore detur restitutio, nulla exceptione obstante. de restitu. spolia. c. ex conquestione. Solutio. Contrarium procedit regulariter. Fallit hoc, quando nō potest secum cohabitare sine contumelia creatoris. Allegat glo. iura. Tu habes, vt lite non contest. c. j. de restitu. spoliat. c. ex parte, & c. literas. vbi de hoc, & 3. q. j. in summa. ¶ † Obstat septimo, quòd non compellatur conuersus ad fidem, cui non vult cohabitare alter sine contumelia creatoris, licèt conuertatur remanens in infidelitate illam recipere, supra ca. prox. quia statim est solutum matrimonium ipso iure, non potest ergo vi matrimonij compellere. Solutio. Si teneas, quòd non sit solutum matrimonium, cessat contrarium, sed tenendo quòd sit solutum, eo quòd non vult sine contumelia creatoris cohabitare, contrarium obstat, & tunc dic quod dato quod solutum est matrimonium, ex quo tamen reuertitur ad fidem re integra, matrimonium restituitur iure postliminij. 32. q. 2. cū per bellicam. Sic erranti conuersō restituuntur bona. C. de hę re. in authen. idem est de Nestorianis. Vel dic, quod licèt non sit matrimonium inter eos, tamen compellitur eam recipere in consequentiam prioris matrimonij, & in fauorem fidei. Secunda est etiam opinio, quòd matrimonium ipso iure non soluitur, sed ius matrimonij, scilicet ius petendi debitum, vt supra c. prox. vbi dicit, quod contumelia creatoris soluit ius matrimonij. Sed tunc contra, igitur non posset cum alio contrahere. Sed dicit glo. quod non soluitur, nisi contrahat cum alia: aliàs si esset etiam ante solutum, & reuertentem re integra non teneretur admittere. ad hoc, quod dicit, nisi quod potest obijcere fornicationem. Nam si esset in toto solutum, non posset ei obijcere fornicationem præcedentem, supra de iureiuran. c. quemadmodum. Glo. videtur tenere primam opinio. quod ante sit solutum. Vnde dicit, quod si hic primo conuersus vellet ingredi religionem, non compelleretur recipere no uiter ad fidem conuersam. de conuer. coniug. c. fi. Hostien. icit, quod non soluitur matrimonium infideli antequàm sit statutus terminus, & lapsus ad conuertendum, vel cohabitandum sine contumelia creatoris, & die non assignata solutum est, & si dies sit lapsa, & data licentia conuerso contrahendi, adhuc audietur mulier, si conuertatur re integra, ff. de appella. l. is qui. Si verò pendente compulsione, de qua loquitur ista litera, contrahat cum alia, tenet matrimonium secundo loco contractum, cum tam solutum esset primum vinculum, vt no. in ti. de despō. impube. c. de illis. de eo, qui dux. in matri. c. j. &
21 ca. veniens. secundum Hostien. ¶ † Obstat primo, quod non posit vir coniugi conuersę obijcere fornicationem in infidelitate commissam, quia omne peccatum, & sequela peccati deletur baptismo. 26. distin. deinde. 32. q. j. c. quod autem. Glo. ponit duplicem intellectum. Vnus, quod posit vir repellere vxorem propter adulterium commissum post baptismum. Vnde exponit primo si postquàm conuersa est ad fidem. Hæc expositio destruit literam. Alius, quod etiam intelligatur de adulterio commisso ante baptismum, & ante conuertionem, & tunc dic quod in crimine ponderanda sunt tria. Pęna spiritualis, Pœna temporalis, Et pœnitentialis. Et ista deletur per baptismum, & sic loquuntur iura in contrarium. Pœna autem criminalis non tollitur per baptismum. Vnde de delicto ante commisso potest puniri criminaliter, & etiam ciuiliter, id est, pœna ciuili, quæ est ad commodum partis. Hæc etiam non tollitur per baptismum, quia sufficit quod baptismus det commodum viro: non ergo ex hoc debet dari alteri incommodū, quia ex tali adulterio maculatur vir, & committens adulteriū. licet ergo per baptismum lauetur committens adulterium, illud tamen, quod est quæsitum alteri coniugi ex illa commaculatione, non tollitur. Dat simile in pœnitentia, quia licet mulier, quantuncunque agat pœnitentiam de adulterio, per hoc non tollitur potestas accusandi marito. 33. q. j. admonere. nec etiam eam recipere compellitur. de diuor. c. gaudemus. quia iniquum esset quod baptismus tolleret beneficium alteri competens. Dat simile in libertate, quæ delet, & tollit delictum commissum in se, sed non in alijs. ff. de his, qui no. infa. l. athletas §. Pomponius. Hic aduertendum, secundum Doctores quod ex delicto possunt sequi plures effectus. Primus effectus pœnæ criminalis, & ille non deletur per baptismum, vt dicit glo. Vnde potest de delicto commisso ante baptismum, post baptismum accusari, & puniri. Quidam est effectus peccati, scilicet, irregulariter, & hic est aduertendum. Aut irregularitas fundatur super peccato, & hæc deletur per baptismum, tanquam sequela peccati, vt si quis non per viam iustitię committat homicidium. Quod dicit hic Innocen. verum etiam si homicidium sit notorium. 25. distin. c. vnum orarium. §. nomine autem. & no. de homici. ca. presbyterum. Quædam est irregularitas, quæ non fundatur super peccato, vt si iudex pronunciauerit aliquem occidendum, non enim tunc irregularitas est sequela peccati, nec semper est sequela, sicut infamia, & hæc non tollitur per baptismum. De qua Ioan. And. remittit ad Specu. titu. 2. §. iuxta. versic. penult. & dicit videndum quod ibi no. Et ibi recitat opinio. & nihil concludit, sed vltimo te remittit ad Summam Hostien. in titu. de homi. §. quæna. & seq. Quidam est effectus peccati, vel delicti infamię, & hic deletur ex sublatione peccati per baptismum, vt hic dixi, & 26. distin. deinde. Quidam est effectus peccati, quo ligatur quis alteri, & hic non tollitur per baptismum, vt hic, & 26. distin. c. acutius. & c. deinde. Sic & ille, qui baptizatur, tenetur ad pecuniariam pœnam ob delictum præcedentis. ff. de oper. lib. l. iurisiurandi. & ff. de libera. legata. l. Aurelio. §. Caio. versi. sic. Et si monachus religionem ingrediatur, per hoc non perdo actionem, quæ ante mihi competebat, imo ago contra monasterium, quod possidet bona mea. Institu. de acquisit. per arroga. §. fi. Et per hoc infertur quod per baptismum non tollitur ius quo ligata erat adultera, ne virum repetere possit, quia per baptismum peccata tantum dimittuntur, vt in d. c. deinde. 26. distin. ¶ Obstat secundo contra auctoritatem Apostoli hic dicentis, si quis habet vxorem vel coniugem infidelem, si velit secum cohabitare, non debet dimittere, &c. contra. 28. q. j. c. iam nunc. & q. 2. c. vlt. Solutio. Hic loquitur de consilio. Nam de rigore potest illam dimittere si tamen dimittat illam, nec ipse possit cum alia contrahere, nisi in casibus hic positis. Consilium tamen est quod illam retineat, quia coniunx sanctificatur per coniugem, vt dicit Apostolus, & sic ex quo non est dimittenda, patet quod est vxor legitima. de sponsa. c. j. & c. ex parte. ¶ Obstat tertio, quod isti Patriarchæ non potuerunt excusari a delicto adulterij, quia illud non potuerunt committere, & priuatio præsupponit habitum. de cōsti. ca. cum accessissent. Nam secundum tempus eorum non erat lex data Moysi. Solutio. Dicit Ioan. Andr. quod licet non esset tunc data lex Moysi, erat tamen lex naturæ, quæ etiam volebat quod quilibet homo adhęreret suæ vxori, & non alienæ, & sic, secundum ipsum, esset adulterium, nisi excusaretur
22 diuina reuelatione. ¶ † Quæro an si vir, & vxor conuertantur, & veniant ad fidem, an mulier habeat priuilegia dotis? Dicunt hic Docto. quod sic fauore Christianę religionis, argumen. de conuer. infi. ca. 2. in fi. Nam si Imperator potest hoc priuilegium dare, vt C. qui po. in pig. habe. l. assiduis. fortius potest hoc dare Deus. 30. quæstio. 3. ita diligere. Nec obstat. l. j. in authen. ibi posita. C. de hære. & in authen. de priuile. hære. non præstan. collatio. 8. Quia licet illa iura prosequantur quo ad verba omnes baptizatos, prosequuntur tamen quo ad mentem solum, qui semel professi sunt fidem Catholicam, & postea præuaricati sunt, & etiam omnes execratos. Aliud ergo dicendum est de Iudæis, qui ab ecclesia tolerantur, & de Paganis, qui baptizantur, ne per contrariam interpretationem a conuersione retrahantur, vt not. supra. ad hoc infra de appel. Quædam verbosa prosequuntur Docto. hic, sed non insisto.
23 ¶ † Quæro, quid si Paganus habet plures vxores tempore conuersionis, postea prima mortua sit, quam tunc habebit? Et videtur quod sit vxor, quam prius cognouit, supra de eo, qui dux. in matrimo. c. fi. In contrarium est, supra eo. c. j. j. respon. so. infra c. fi. vbi videtur quod si prima sequatur post illam, cogendus sit in illam consentire, an talis damnatio sit de iure canonico, cui tamen non subsunt Pagani, & hoc potissimum in fauorem fidei est dicendum, vt supra de conuersi. infide. ca.
24 ex publico. ¶ † Quid si Catholicus contrahat cum pluribus mulieribus vno, & eodem momento, dicens, Ego consentio in vos omnes. & mulieres vna voce respondent, Et nos in te. Videtur quod sit vxor, quam primo cognouerit, supra de cōsidi. app. c. de illis. Dic contra, quod mutuo se impediunt. ff. de vsufru. l. quoties. Et idem si sint sponsalia contracta, quia vbicunque matrimonium prohibetur, & sponsalia, & ideo spinalis copula non potest ratificare id, quod est omnino illicitum. 27. quæstione secunda. ca. nuptiarum, secundum Gofre. Quod verum est, secundum Ioan. Imo. & si sola vna existat, illis sit apta, cum illi soli non intendebat se obligare insolidum, imo eque alij se obligare volens, agit contra ius vitæ indiuiduæ. 32. qō. 2. solet. Et sic non est matrimonium. ff. de ver. expor. l. si venditor. cum seq. ff. de arbi. l. Pedius. Et vide quod

no.

no. de sponsa. ex literis. Et per Hostien. in Summa, de desponsa. impube. §. fi. ver. quid si iurasti. & sequ.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum inter paganos, non contra legem diuinam valet.*
2 *Ad diuersitatem gentium, datur diuersitas rituum.*
3 *Matrimonium est licitum inter fratrem cum relicta fratris, iure diuino ad sobolem suscitandam.*
4 *Matrimonium perfectum secundum legem antiquam non infringitur per submissionem factam nouæ legi.*
5 *Noua legis submissio obligat submissum tantum ad actus futuros, non præteritos, & essentiatos ante submissionem.*

CAP. IX.

1 DEus qui. †Matrimonium cõtractum inter paganos non contra legem diuinam etiam repugnante lege canonica, valet, & conseruatur eis ad fidem conuersis. h. d. & non diuiditur. 2 ¶†No. j. quòd ad diuersitatem gẽtium datur diuersitas rituũ. 3 Et no. quid est ritus: quia est quædam lex. ¶†No. ij. ꝙ secundũ ius diuinum licet contrahere cum relicta fratris ad sobolem suscitandam. ¶†No. 3. ꝙ matrimonium perfectum secundum legem antiquam non infringitur propter submissionem factam nouæ legi: & sic noua legis submissio nõ infringit actus 5 essentiatos ante submissionem. † Et sic no. ꝙ legis submissio obligat submissum solum ad actus futuros, non preteritos, & essentiatos ante submissionem. Nihil vtile hic scribunt Doc.

De donationibus inter virum, & vxorem. Rub.

¶Facto diuortio vir debet restituere vxori dotem, & mulier viro donationem propter nuptias. Ideo post titulũ de diuor. ponitur ista rubrica. Et quia contingit multoties ꝙ coniuges constante matrimonio sibi donant ad inuicem pure, & sine causa, aliquãdo ob causam: & quia celebrato diuortio aliqua restituuntur, de quo dictum est, §. tit. proximo, merito rubrica de his donationibus fuit probanda.

SVMMARIVM.

1 *Dos matrimonio licitè separato est restituenda. 3.*
2 *Matrimonium ex quibus causis possit licitè separari.*
4 *Pro dotis restitutione an possit maritus conueniri vltra quã facere possit.*
5 *Fructus percepti an veniant in restitutione dotis.*
6 *Expensas, quas maritus fecit in dote, an possit retinere.*

CAP. I.

1 MVlieres. †Licitè separato matrimonio dos est restituenda. h. d. ¶No. ꝙ soluto matrimonio dos est restituenda: & hoc quã do separantur ex causa non illicita. †Et sic no. ꝙ matrimoniũ ex causa potest separari. Quæ autem sunt legitimæ causæ separandi, vitum 3 est s. tit. prox. ¶†Obstat ꝙ separato matrimonio ex licita causa, dos non sit restituenda, imo fisco applicanda. C. de incest. nup. l. qui contra. arg. contra. j. eo. & si necesse. So. Dic ꝙ aut mrimonium est separatũ sine cã legitima, & dos est restituenda, vt hic à ꝺrio: aut est ꝺctũ, & separatũ aliqua legitima cã, vt ꝓginquinitatis, & affinitatis: & tunc aut vterque ꝺxit scienter, vel saltem mulier dans dotem: & dos restituenda non est, sed applicatur fisco, vt in contrario. Aut est contractum ignoranter. & restituenda est, vt hic. Et idem de muliere dante dotem propter nuptias. Hęc vera, nisi errore, aut minori 4 ætate excusentur: quia tunc non habet locum pena. ¶† Obstat secundo quòd separato matrimonio non restituat in totum dotem maritus, sed solum inquantum facere potest. C. de rei vxo. actio. l. j. §. finautem. ff. de re iud. l. non tantum. So. Si maritus est soluendo, totam restituat: si non est soluendo, restituat solum in quantum facere potest ne egeat: saluo nisi dolo fecerit, quo minus restituere posset: quo casu restituat insolidum. Idem si ex postfacto peruenerit ad pinguiorẽ fortunam: quia & tunc restituet insolidum, vt ibi, arg. c. Odoardus. de solu. Dicit tamen glos. quòd si soluerit insolidum, repetere non potest. ff. de condi. inde. l. nam & maritus. Et ista sunt vera, quòd si maritus pacisceretur vt insolidum conueniri posset, non valeret pactum, quasi contra bonos mores. Et hoc est verum, secundum Doct. in marito. Secus in his, qui habet hoc priuilegium, vt dixi de solu. in dicto capitulo, Odoardus. Aduerte, dicunt Doct. quòd prædicta procederent, quando fieret separatio à viro vero: sed tex. loquitur, quando separatio fit à putatiuo: & dicit restituendam dotem totam. Vnde non videtur quòd talis gaudeat illo priuilegio. Nam ponendo mulierem ignorantem, iura fauent plus mulieri, quàm viro, & merito. C. de priuil. do. l. 2. Item nec subest aliqua causa beneficij: quia si non est matrimonium, tunc ille non est maritus, nec illa vxor. Item non est dos: nec actio competit pro dote, sed condictio ob causam, vt no. infra eodem, capitulo, de prudentia. in glos. j. Cessat ergo maritalis reuerentia, de qua loquitur hic, vt sic etiam cessat beneficium. de appel. cum cessante. Et dicit do. meus, quòd hæc deductio consideratur in vero marito, scilicet an facere posset secundum tempus rei iudicatæ. ff. solu. matrim. l. rei. Et non transit hoc priuilegium ad hæredes extraneos mariti. C. eodem. l. ma 5 ritum. ¶† Quæro, an in dote fructus percepti restituantur. Dic quòd percepti ante matrimonium. item post diuortium percepti restituantur: quia illi augerent dotem. Constante matrimonio autem percepti non restituantur: quia illos vir lucratur propter onera matrimonij supportanda. de vsuris. c. salubriter. ff. de iure dotium. l. dotis fructus. & ibi no. An impubes quæ dedit fundum in dotem, vt resilijt repetens fundũ, & fructum, repellatur, puta pro rata alienatorum. in Specu. 6 eodem titulo. §. 2. versic. quid si mulier. † Sed an maritus possit retinere expensas, quas fecit in dote? Dic quòd sic, si sunt necessariæ: quia illæ minuunt dotem ipso iure: vtiles vero nõ, sed repetentur actione mandati, vel negotiorum gestorum. voluntariæ autem permittuntur abradi sine lesione prioris status. C. de rei vxo. l. j. §. fileat. & ff. de impen. l. j. §. quod dicitur. ¶Obstat quòd non restituatur dos. j. eo. plerunque. Sol. Hoc procedit vt dos restituatur, quando fit separatio quo ad fœdus matrimonij: secus si fit quo ad thorum, vt ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio soluto cogitur vir dotem restituere, & bona diuidere, quæ communiter obuenerunt.*
2 *Donata viro & vxori constante matrimonio, sunt matrimonio soluto diuidenda, & restituenda hæredibus alterius coniugum. 6.*
3 *Vxor potest aliquid licitè quærere constante matrimonio. 6.*
4 *Titulus quandoque appellatur omnis contractus.*
5 *Talis non dicitur quis per hæc verba, teneo te pro tali, vel loco talis.*
6 *Bona acquisita à muliere constante matrimonio, vel à prælato durante prælatura, an præsumantur acquisita de bonis mariti, vel ecclesiæ.*
7 *Dos an sit restituenda soluto matrimonio per diuortium.*

CAP. II.

1 SIgnificauit. †Soluto mrimonio cogitur vir dotem restituere, & bona diuidere, quæ communiter obuenerũt. h. d. Sunt duæ partes. In prima parte ponit duplicem querelam mulieris. In secunda parte commissionem causæ. Secunda 2 ibi, ideoque, &c. ¶†No. primo quòd diuortio celebrato dos 3 est restituenda, & etiam communiter obuenta sunt diuidenda. ¶†Nota secundo quòd mulier constante matrimonio po- 4 test aliquid licitè querere. ¶†Nota tertio ꝙ omnis contractus dicitur titulus: tantum est dicere titulus, quantum causa, & 5 ius, quod communiter conuincitur ex cõtractu. ¶†No. quar to ꝙ hęc verba, Teneo te loco talis: non probant quem esse talem. ¶†Obstat ꝙ bona quæsita per mulierem spectant ad vi- 6 rum: & sic non debent diuidi, quia præsumitur quod sint quęsita de bonis viri. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. Quintus Mutius. C. eo. l. etiam. Sol. Intellige, quod hæc erant quæsita ex bonis communibus, quę constabant esse mulieris: aliàs in dubio pertinerent ad virum. Et dicit glos. quod simile est in prælato: quia omnia per ipsum quæsita præsumuntur quæsita de bonis ecclesiæ, nisi ostendat aliunde quæsita. 12. quæstio. 4. capit. sacerdotes. Vide supra de pecul. cleri. cap. inquirendum. Vel forte fuerunt simul instituti hæredes maritus & vxor: vel illa quæsiuerunt ex legatis, vel donationibus: vel forte erat consuetudo loci, sicut est in Francia, vt quicqd alter coniugum acquirit, est commune, & postea celebrato 7 diuortio diuiditur. ¶† Quæro, quid aliud potest obstare, vt dos non restituatur. Dicit glos. puto, consuetudo, vel pactum quod restitui non debet. j. eo. c. fi. Vel si propter adulterium, quando fit separatio quo ad mutuam seruitutem: vel si sententia lata esset super hoc, à qua non esset appellatum. ff. fami. erciscun. l. cum putarem. Vel iurisiurandi, vel doli exceptio. ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidem. &c.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ad causam matrimonij, si ferat sententiam diuortij, pronunciare debet dotem restitui. 5.*
2 *Iudex in principali potest de accessoriis iudicare.*
3 *Dotem non repetit mulier actione de dote, vbi matrimonium non fuit legitimè contractum.*
4 *Dotis causa an spectet ad iudicium ecclesiæ, vel Imperij.*

Anto. de Butrio super quarto Decretal.

CAP. III.

1 EPrudentia. †Delegatus ad causam matrimonij si ferat sententiam diuortij, pronunciare debet dotem restitui. h. d. Duo facit. Primo ponit delegatorum reprehensi-
2 bile factum. Secundo illud emendari præcipit. Secunda ibi, quia igitur. ¶ †Nota quod delegatus ad causam matrimonialem tractandam, & determinandam, videtur delegatus ad causam dotis accessoriam, etiam si hoc non exprimatur. Et sic iudex in principali, est iudex in consequenti, & accessorio: siue sit ordinarius, siue delegatus. Et sic aliquando ad non nominatam rescriptum extenditur personam, scilicet quando ad non nominatam expressum habet se accessoriè. Et no. quod causa mere temporalis, prout venit accessoriè ad causam fori ecclesiæ suppositam, sic similiter ecclesiasticæ potestati subijcitur. Et nota quod delegatus, qui non pronunciat super toto, non dicitur functus officio per diffinitiuam, quin possit adhuc pronunciare. Et sic ex pronunciatione super principali, & expresso, non extinguitur iurisdictio super tacito &
3 accessorio æquè principaliter intellecto: & quod iure actionis competit ius agendi. ¶ †Ob. quod mulier non potuit dotem repetere: quia non habet actionem de dote, cum dos nō fuit, ex quo non fuerit matrimonium. ff. de iure do. l. 3. Solu. Dicit glos. quod non actione de dote, sed condictione sine causa repetit dotem. ff. de condi. sine causa. l. fi. & C. de condi. ob causam. l. qua causa. Et dicit glos. quod mulier olim potuit repetere dotem per annos binos, trinos: hodie autem repetit, si est immobilis incontinenti: si mobilis, in capite anni. C. de rei vxo. actio. l. j. §. cum autem. Et vult dicere annua, bima, trima die. primo anno tertia, secundo tertia, & in tertio tertia. Et dicunt Doct. quod hæc condictio ob causam est priuilegiata, sicut actio de dote. ff. de priuile. cre. l. 2. ff. si quis cau. l. si eum.
4 §. fi. in ver. qui iniuriarū. & ff. de peculio. l. ex facto. Idem Gul. in Specu. eo. tit. §. fi. versi. sed matrimonium. ¶ †Ob. secundo decretalis, quia videtur delegatum ab ecclesia non posse cognoscere de causa dotis: quasi hæc sit mere temporalis, & spectat ad iudicium Imperij, vt patet C. de iure do. l. vbi. & ff. solu. matri. & per totum. Gl. dicit quod quandoque venit causa dotis accessoriè ad matrimonium: vt scilicet an sit restituenda dos, vel ne, pendet ex hoc an valeat, vel non matrimoniū: & tunc causa dotis spectat ad ecclesiā, sicut & principalis causa matrimonij: & sic loquitur hic, quia dicit glo. quod datur esse dotis ad esse matrimonij, & non esse dotis ad non esse matrimonij. C. de iure do. l. fi. ff. de iure do. l. 3. Et quia ex consequenti dos sequitur naturam matrimonij, hinc est quod sicut metus reddit ipso iure nullum matrimoniū: ita & reddit nullam ipso iure constitutionem dotis. ff. quod me. cau. l. si mulier. §. si dos. 3. de sponsa. cum locum. & c. veniens. el 2. Et sic qui cognouit de principali, debet cognoscere de accessorio: nam accessorium in iurisdictione extendenda sequitur naturam principalis. Allegat multa iura, de offi. delega. c. prudentiam. §. sexta. cum simil. Item quia incidentia causæ ampliant iurisdictionem, vbi aliter non ampliaretur, vt C. de iud. l. quoties. Quandoque quæstio dotis non venit accessoriè ad matrimonium, nec consequenter deducitur ad decisionem matrimonij: & dicit quod tunc ex quo principaliter in iudicium deducitur, non cognoscit iudex ecclesiasticus, sed iudex secularis: & hoc habito respectu ad ius. De consuetudine tamen dicit glo. quod etiam principaliter cognoscit ecclesia. Quod est se potest verum, quādo quæstio dotis mouetur constante matrimonio sine morte. Principaliter autem dicitur quæstio moueri, quando soluto matrimonio morte repetitur dos: vel quā do constante matrimonio, altero vergente ad inopiam, vt C. de iure do. l. vbi. cum simil. Vel quando constante matrimonio de iure non potest repeti, dos secundum glo. ff. solu. matr. l. quoties. Et hoc tenēt Docto. quod sic ecclesiasticus iudex cognoscit de quæstione temporali incidente coram iudice ecclesiastico, licet e conuerso iudex secularis non cognoscat de spirituali coram se ipso incidenti. de ordi. cogni. c. tuam. Et dicit hic Innoc. quod etiam principaliter poterit ecclesia cognoscere causam dotis, non quasi sit subiecta foro ecclesiæ, vel ut exclusa à potestate seculari: sed vt quilibet eorum sit iudex, si videatur: quia ad ecclesiam spectat defendere dotes. infra c. nuper. & hoc verum maximè si non opponitur exceptio fori: puta quod si sit vidua repetens dotem, & oppressa, quod cognoscit ecclesia principaliter: aliàs non, nisi incidenter: vel si non opponatur exceptio fori. Per hoc infertur, quando ecclesia cognoscit de hereditate venientis incidenter ad quæstionem legitimitatis, vt patet 3. qui fil. sint legi. c. j. A fortiori ergo ecclesia cognoscit de dote: quia causa dotis maiorem habet connexitatem cum matrimonio, sine quo esse non potest, quam habet quæstio legitimitatis ad hæreditatem, vel e-
5 conuerso: quia sicut filius potest esse legitimus sine hæreditate: sic etiam potest esse matrimonium sine dote: licèt dos non possit esse sine matrimonio, ita nec hæreditas sine legitimitate: ergo venit hereditas ad legitimitatē, sicut dos ad matrimonium: & sic est eadem ratio. Et concludit Hosti. quod cognoscere poterit. Et hoc mihi placet, vt pluries dixi in titu. qui filij sint legiti. & maximè in c. j. & c. per venerabilē. ¶ Obstat tertio, quod non possunt isti delegati cognoscere de causa dotis ex vi primi mandati: quia ex quo non est expressa in rescripto, licèt concludatur accessoriè, extincta tamen iurisdictione super principali, quæ extinguitur vi sententiæ. 3. offi. dele. c. in literis. quia ex quo functus est officio super principali, etinguitur etiam super incidenti: & sic extincto expresso, debet etiam extingui tacitum. Sol. Gl. ponit duplicem intellectum. Vnus, quod cognoscat hic virtute secundi mandati facti à Papa, & non primi: & secundum istum cessat contrarium: quia fatendum quod non posset vi primi mandati. Hic intellectus non placet: quia secundum hoc malè reprehenduntur primi, quare hoc non fecerunt. sed respondet quod male fecerunt hoc non faciendo durante mandato: sed non reprehenduntur quare hoc non fecerunt extincto primo mandato. Alius est intellectus, quod hoc potuerunt facere virtute primi mandati. Et ad hoc respondit, quod hoc operatur accessio. Glos. reſidet in prima opinio. Si vis saluare primam, potes dicere quod duret potestas, & quod in iurisdictione vtrumque æquè principaliter videatur commissum, licèt causa accessorietatis sit illa, propter quam videatur cōmissum: & ideo pronunciando hic super principali, non est officio functus: potest ergo de eo cognoscere, ex quo ad dotem potest via actionis agi. Sic debet intelligi hæc decreta. Et per hoc non obstat de appel. c. cum appellationibus, li. 6. cum simi. Et C. de fructi. & litium expen. l. terminato. quia loquitur, quando ad accessorium agitur officio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Dotem perdit mulier propter adulterium separata.*
2 *Diuortij causa quo ad separationem thori, an spectet ad iudicē secularē.*
3 *Dotem non perdit mulier separata à viro propter adulterium, vbi est viro reconciliata.*
4 *Donationem propter nuptias sibi factam perdit mulier, vbi ipsa commisit adulterium.*
5 *Ad validitatem separationis matrimonij quo ad thorum, requiritur iudicium ecclesiæ.*
6 *Propter adulterium mulier non perdit bona paraphernalia, licet dotem perdat.*
Dotalitij appellatione an comprehendantur paraphernalia.
7 *Ad reconciliandam vxorem, an vir possit compelli.*
8 *Dos quare non possit repeti vxore reconciliata.*
9 *Hæres mariti, an possit obijcere adulterium vxori repetenti dotem.*
Adulterium, an possit hæres defuncti obijcere mulieri dotem repetenti?
10 *An propter adulterium perdat mulier dotem?*
11 *Dotem an possit retinere vir matrimonio separato propter consanguinitatem, vbi ipsa mulier commisit adulterium?*
12 *Dotem an perdat pater propter adulterium filiæ dotatæ ab eo?*

CAP. IIII.

1 PLerunque. †Mulier propter adulterium separata perdit dotem. hoc dicit.
2 ¶ †Nota, quod sententia in causa dotis, vel matrimonij ad separationem thori spectat ad officium iudicis ecclesiæ. Iudex ergo secularis quo ad thorum non potest iudicare super matrimonium, nec etiam super dote exīe parationē thori super lucranda dote. ¶ Nota secundo, quod mulier separata sine iudicio ecclesiæ, siue absque iudicio ec-
3 clesiæ propter adulterium perdit dotem. ¶ †Nota tertio, quod mulier separata propter adulterium non perdit dotem, licèt reconciliata. ¶ Nota quarto, quod vir potest vxorem reconciliare sibi ad præiudicium lucri dotis, siue sit per ecclesiam
4 separata, siue non. & sic facit ad no. supra eodem, c. 2. ¶ Nota quinto, quod mulier propter adulterium perdit donatio-
5 nem propter nuptias sibi factam. ¶ † Obstat primo, quod absque iudicio ecclesiæ non separatur. supra titulo proximo, c. ex literis, & c. porrò. Sol. dicit quod ad validitatem separationis exigitur iudicium ecclesiæ: quo autem ad lucrum dotis, non: vt hic. ¶ Obstat secundo, quod solo recessu propria voluntate non perdat dotem, quia cautum non reperitur. Solutio. Intellige, quando recessit ob causam fornicationis.
6 ¶ † Obstat tertio, quod dotalitio non potest puniri mulier, quia etiam dato quod matrimonium fuisset separatum absque eius culpa, illud non lucraretur: quia donatio reuertitur ad virum, sicut dos ad mulierem. infra eodem, capitulo final. Solu. Potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt loquatur de dotalitio, ideſt donatione propter nuptias. Et ad contrarium
respon-

respondetur, quòd hæc mulier ex pacto lucrabitur dotalitiū soluto matrimonio: & modò propter culpam suam adulterium committendo separato matrimonio illud perdit. Secundo modo potest intelligi de dotalitijs, idest de rebus parapher nalibus, ad quarum restitutionem maritus tenetur, hic autem non, arg. C.de pac. conuen.l. j. Primus intellectus mihi placet: quia improprianda non sunt verba in pœnis: nunquam reperitur quod appellatione dotalitij comprehendantur paraphernalia. ¶†Quæro, an vir possit compelli ad reconciliādum vxorem? Dic, quod non. de diuor.c.gaudemus. ¶†Quæro, vtiam ea reconciliata non potest dotem repetere? Dic, qa illam ei remisit: quod potest secundum Euangelicam veritatem. C.de adulte. l.si vxor.cum simi. ¶ †Quæro, an hæres mariti contra mulierem ab ea petendo dotem possit obijcere adulterium? Dicit Ioan. And. videndum in Specu.co.titu.§.fi. per.quid si mulier agit. de exceptio. §. dico.ver. item si quæritur. Communiter tenetur, quod non competit exceptio, cum non lucretur maritus dotem, nisi accuset de adulterio, & inscribat se, in Authen. vt li. ma. & auię.§. quia verò. Pau. tenet contra. & idem Accur. C.de rei vxo. actio. l. ita, §. illo pro cuidubio. Bar. tenet contrarium per l. rei iudicatæ, §. fin. ff. soluto matrimonio. Ioan. And. in addi. dicti §. fi. bene dicit, quod post mortem mulieris vir potest obijcere secundum veritatē, vt d.l. rei iudicatæ, §. fin. & hoc ibi tenet Bar. ¶ †Quæro, lata est sententia, per quam mulier separata est à thoro viri, quia commiserit adulterium, an per hoc pronunciatum est eam dotem perdidisse? Secundo probatur consanguinitas inter eos, & pronunciatur matrimonium fuisse nullum inter eos: quæritur, an mulier possit dotem repetere? Videtur, quod sic: quia ex futuro euentu patet, quia iam non fuit matrimoniū: & si non fuit matrimonium, non fuit adulterium. de frigi. & malefi. c. fraternitatis, in fi. Dic, quòd potest manifesta veritate, nec obstat res iudicata, de purg. vulg. c.2.8. distinc. veritate. ff. de condict. sine causa. l. auunculo. Sol. Quia causa sententiæ est reddita ad non causam: nam causa fuit, ergo adulterium commissum fuit, & commissa dos: quia eo modo declaratur matrimonium non fuisse, nec dotem: ergo sententia debet retractari, vt l. pe. de cond. sine causa. Tertio, quia sententia retractatur ex noua causa. supra tit. proxi. ex litteris, & c.pe. Quarto, quia detecto errore sententia primo lata reuocatur. de frig. c. fraternitatis. Quinto, quia per secundam sententiam tollitur prima. ℨ. de iud. inter monasterium. In contrarium, quia res iudicata pro veritate accipitur. ff. de regu. iuris. l. res iudicata, & ff. fami. ercis. l. cum putarem. Item secundo, quia ex quo sententia est lata, & non est appellatū, ius est factum inter partes: ipsa nō potest retractari. dē re iud. c.cum inter. C.de liber. agnos. l. fi. Item tertio, quia sententia contra sententiam est nulla. 2.q.6.c.ei, qui. §. diffinitiua. ergo cum primo fuerat iudicatum illam adulterium cōmisisse, & secundo fuit iudicatum contra: quia si matrimonium non fuisset, & consequenter adulterium nō esset, non valet sententia cōtra ipsam. Item quartò adulteria, sicut & cætera delicta, ex corde procedunt, & iudicantur ex intentione. 15. qō. 6. c. 1. 34.q.2. in lectum. Et in iuria ex affectu mentis fit. 15.q.j. ca. illud perequè. sed non est dubium, q hęc mulier, licèt in veritate ibi non esset matrimonium, agebat quantum est in se, iniuriari ei, quem pro marito tenebat: igitur quantum est in se, dolum commiserit, & sic teneri debet de adulterio, quod in se dolum requirit, & dolo impletur. ff. ad legem Iul. de adulte. l. pe. Tan. per prima iura dixit, quod mulier potest dotem repetere, detecto matrimonio inter eam, & eum non fuisse. Lau. dixit, quia non est vlterius audienda propter intentionem praua cum opere subsecuto, licèt non appareat, quod non fuerat matrimonium: quia fecit quod potuit. de purg. ca. c. ntiper. & c. vlt. de adulte. c. si vxori. Ber. dixit, quod mulier nō potest repetere dotem. Primo, quia in talibus principium considerandum est, non exitus, vt propter hoc cæteris delinquendi audacia auferatur, & quia si promitteretur, posset dari audacia falsum committendi in probatione impedimenti. Dicit q. quod prima opi. magis est benigna: sed non est extendenda licentia. Communiter inuenio Doct. inclinare in hanc partē: quia mulier hęc non potest petere dotem. Et fundamentum est, quia prima sententia transiuit in rem iudicatam, & etiam quia inspecta opinione mulieris ipsa peccauit: ideo punienda videtur, & ne detur via ad fingendum falsum. de diuor. c. quēadmodum. Dico, quod aduertenda est sententia, & modus sententiandi: si sententia est lata primo super adulterio, & nihil pronunciatum super dotem. Tanc. dicit, q si postea moueatur iudicium dotis, & super eo pronuncietur matrimonium non fuisse, & dotem reddendam esse, quia tunc sententia non obstabit: quia specificè super hoc iudicatum non est, quia modo ad aliud agitur. Primo enim agebatur ad matrimonium separandum propter adulterium: nunc autem agitur ad dotem repetendā. Et ex quo variatur res, licet non varietur causa, non video q obstet exceptio rei iudicatę, vt no. ℨ. in cap. cum ecclesia, de causa posses. & ff. de re iud. l. eadem. & l. cum quęritur. Quandoq; lata est sententia primo super separatione thori pp adulterium, & retentionem dotis: nunc autem repetitur dos, quasi non fuerit matrimonium, & sic nec adulterium. Et hæc est maior dubitatio: puto quòd tunc aut est oppositum de prima sententia contra sententiam secundam: & iudex, illa nō obstante, certificatus de ea, contra eam pronunciauit. & puto, q non valeat sententia, quasi lata sit cōtra notorium, per ea, quę dixi supra de re iudic. ca. inter monasterium. Et per consequēs puto, quòd ex secunda sententia tanquam nulla, dos repeti nō potest. Aut secunda sententia est lata super nullitate matrimonij, scilicet obstante consanguinitate, vel affinitate, matrimonium fuisse nullum, & prima sententia non est allegata: vel si est allegata, non fuit ostensa: & tunc dico, q est standum secundæ sententię, & per consequens dos repeti posset, quasi per secundam declaratur adulterium non esse: quia sńa contra sententiam in diuersis instantijs, ex quo de prima non est ꝓpatefactum iudici, valet secunda, vt l. si duobus, ff. de excep. rei iud. & dixi plenè in d.c. inter monasterium, & de rescriptis, c. ab excō municato. & hoc de vlti. glo. Non obstat q mulier, quantū est in se, etiam hoc detecto, q non fuerit matrimonium, peccauerit: quia in pœnis cuiuslibet, hoc est, quæ veniunt applicandę parti non punitur affectus, nisi sequeretur effectus, vt l. vulgo, §. furti faciendi, C.de fur. Item quia vbi est affectus, & non habet effectum, propter impedimentum iuris, non punitur affectus, effectu non subsecuto. ff. de fur. l. inter omnes, §. penult. Non obstat in authē. de restitu. & ea, quę parit. §. vnum si quidem. colla. 5. quia ibi mulier scienter deliquit, & contra matrimonium verum. in pœnis quoq; contrahendo hic, licèt in animo deliquit, non deliquit contra verum matrimonium, vt exigit. ¶†Quæro quid econuerso, pone q matrimonio separato propter consanguinitatem, vir vult retinere dotē propter precedens adulterium, an possit? Dicit Accur. q non, per §. si verò. in Auth. de nup. C. de iure deliberan. l. si dotem. Hoc dicit Accur. in l. ex consensu, C.de repu. ¶†Quæro, pater dotauit filiā, filia commisit adulterium, nunquid pater perdit dotē? Dicit hic Ioan. And. q glo. tenet q sic, C.de iure do. l. si dotem. & imputet sibi pater, q non sit stipulatus. Dyn. dicit, q si pater viuit filia existēte in prāte, poterit repetere dotē, vt d.l. fi. C. de repu. Gl. allegat ff. de pac. do. l. cū dos. & hoc tenet Cy. in d.l. si dotē.

SVMMARIVM.

1 *Donata mulieri à viro propter nuptias, soluto matrimonio reuerti debent ad virum. 3. 10.*
2 *Dotat vxorem aliquando maritus, vt est consuetudo in Hispania 9.*
4 *Donatum prætextu matrimonij repetitur, non subsistente matrimonio.*
5 *Pactum pœnale tollens liberam facultatē matrimoniū dissoluendi, tanquā sine causa non valet.*
6 *Dos non potest dici, vbi non est matrimonium.*
7 *Commodum quis habere non debet, vnde pœnam meretur.*
8 *De dote cognoscit Iudex ecclesiasticus, quando consequēter venit ad decisionem matrimonij.*
10 *Dotem & donationem propter nuptias perdunt, & fisco applicantur, qui scienter contra præcepta legalia contrahunt matrimonium.*
11 *Donata prætextu sponsaliorum, vel matrimonij inhęrenti ab alio, etiam ex tranco, quàm primo aut viro, an repetantur.*

CAP. V.

IT si necesse. Non summatur propter varias lecturas, secundum Ioan. And. †Vel sic, Donata mulieri ꝓpter nuptias soluto matrimonio, vel separato, reuerti debēt ad virum. h. d. Ponit factum, premissa duplici cā. Prima consistit in facto, secunda in iure. Secunda ibi, cum castra. Tertia ibi, ne autem ad commodum ei cedat. ¶†Nota primo, q aliquādo maritus dotat vxorem. Est autem consuetudo illa Hispanię, q mariti dotant vxorem. Vel etiam potest intelligi de donatione propter nuptias. ¶†Nota secundo, quod datum vxori sub pacto vt perdatur ea delinquente, tanq̄ tollens liberam facultatem dissoluendi matrimonium, non valet: & hoc non obstante matrimonio soluto potest repeti datum. ¶†Nota tertio, q datum prætextu matrimonij, repetitur non subsistente matrimonio, tanquam datū causa non subsistēte, & sic datum sine causa. ¶†Nota quarto, q pactum pœnale tollens liberam facultatem matrimonij dissoluendi, tanquam sine causa potest repeti. ¶†Nota quinto, q vbi non est matrimonium, ibi non est dos, neq; donatio ꝓpnuptias, q̄ aliq̄n appellat donatio dotē. ¶†No. 6. q qs nō dēt hr̄e cōmodum, vnde pœnam mereri debet. ¶†No. septimo, q Iudex ecclesię etiam cognoscit de dote, quando consequenter venit ad decisionem matrimonij. ¶†Obstat primo,

mo, ꝙ malè stat litera dum dicit, ꝙ maritus dedit in dotem: quia maritus non dat dotem, imo vxor dat dotem, & donationem pp nuptias. ſ. eo. c. proxi. So. Dic dotem. i. donationem propter nuptias. Alij dicunt, ꝙ hoc procedit de consuetudine Hiſpaniæ, ſecundum quam mariti dotant vxores. ¶† Obstat ſecundo ꝙ non poſsit Rex Legioñ. repetere quæ dedit: ga qui scienter contra præcepta legalia cõtrahunt matrimoniũ: perdunt dotem, & applicatur fiſco. C. de inceſt. nup. authen. qui contra. ff. donat. inter virum, l. cum hic ſtatus, §. vltimo. Sol. Si contrahentes ignorabant ſe eſſe conſanguineos, & dederunt dotem, & repetunt, vt hic. Si ſciebant, non repetunt, vt in contrario. Hoc non placet gloſ. quia hoc ignorare non poterant, cum eſſent in ſecundo gradu, C. de libera. cauſa. l. filium. & C. de reſtit. in integ. l. 4. & l. de tutela. Et dicunt Doc. ꝙ hoc erat notoriũ ꝙ erant in ſecundo gradu, vt ꝛ. de diuor. c. porro. & patet in antiqua. Vel ſecundo, ſi contrahentes ſciũt ius & factum, & contrahunt in gradu ꝓhibito, datum non repetũt: alias ſi ſciunt factum, licèt ignorant ius, repetunt: puto quia credunt ſe poſſe contrahere. Allegat. ff. de adul. l. ſi adulterium, §. ſtuprum, & §. fratris, & §. inceſtum. & ſic pōt loq hic. Glo. dicit, ꝙ nec hoc eſt verum: quia ſciebant ēt ſe non poſſe contrahere: nec etiam verum eſt in ſe, quia error iuris non excuſaret à tali pœna: niſi fortè hēret dependentiã talis error à facto, vt quia crederet probabiliter diſpenſatum quod eſt diuinare, ſm Pe. Tan. ſoluit, ꝙ de iure ſtandum eſt ꝺrio: ſed Papa hoc hic fecit pro bono pacis, quia aliter nõ poterat pax inter eos reformari. Hęc adhuc diuinat, & trahit decre. ad non ius: imo ſoluitur. Tertio, quia qñq; ꝺhentes habent ſuperiorem fiſcum ab eis differentem: & tunc ſunt talia data fiſco applicãda, vt in ꝺrio. Aut non recognoſcunt ſuperiorem fiſcum, quia ipſi ꝺhentes ſunt Reges, & ſupra fiſcum: & ne talia tendant ad commodum alterius, non applicantur fiſco, ſed applicantur illi, qui dedit, & reſtituuntur: ita hic loquitur. Vel ſic quarto ꝺrium ꝓcedit in rebus datis, quæ poſſunt alienari. hic de rebus datis, quæ non poterũt alienari à regno, vt erant caſtra Regis, quę alienari non poſſunt. ꝛ. de iureiur. c. intellecto. Ita dicunt Doct. Legiſte. dicunt ꝙ in hac decre. eſt pro ratione voluntas: ga iſta bona debebãt confiſcari. Vel quinto dicit, ꝙ an datum ob matrimonium inter coniunctos repetatur, ēt non eſt certum, ſed ſunt opi. quia aliqui dicunt, ꝙ repeti non pōt, alij ꝙ pōt repeti. Et hoc tenet Placen. cuius opi. approbat hic Papa, in cuius eſt poteſtate opiniones approbare, vbi eſt dubium inter Iuriſtas. ꝛ. qui filij ſint legi. c. per venerabilem. Vel ſexto, aut contrahitur matrimonium prohibitum in gradibus à legibus, aut à iure canonico: & datum propter tale matrimoniũ repetitur, vt in ꝺrio, ſed fiſco applicatur: & hoc, quia in primo gradu pōt, ſecus in ſecũdo. In gradibus aũt lege diuina ꝓhibitis nulla poteſt ignorãtia ꝓtendi, vt ff. de adulte. l. ſi adulteriũ, §. ſtuprum, & §. fratres. Niſi forſan occaſione ritus, de quo ſupra, de diuor. c. gaudemus. Vel ſeptimo, aut per coniuges aliquid eſt datum ob donationem propter nuptias, vel propter dotem, in matrimonio illicito, & non eſt aliquid vlterius conuentum: & tunc datum videtur ob turpem cauſam. Ideo fiſco applicatur propter turpitudinem vtriuſque partis, vt in contrario no. Aut eſt datũ ob cauſam donationis, & vltra hoc pactum eſt factum, vt in cauſa matrimoniũ diſſoluatur, ſpectat hoc ad alterum: & tunc nõ ſtat in naturam donationis, ſed in naturam pœnæ adiectæ ad matrimonium diſſoluendum: vnde tanquam turpe, & ob nullam cauſa datum poſſunt repeti talia: quia tales promiſsiones ſunt nullę, tanquam tollentes libertam facultatem diſſoluendi coniugium, poſſunt repeti, vt hic, & ꝛ. de ſpon. c. Gemma. quia iura cauillant talem promiſsionem. Et ſi dicatur, talia ſunt data loco arrharũ, ergo poſſunt retineri, vt patet C. de ſpon. l. fin. So. Dic ꝙ eſt verum, qñ ſunt data loco arrharum, & nuptię ſunt licitæ: alias ſi ſunt illicitæ nuptię poſſunt repeti, vt hic. Vel pōt dici ꝙ applicantur fiſco: quia Rex Legionenſis fiſcum habebat. Hoc non placet Hoſt.

